An. et vol. XL 23 Martii - 27 Aprilis 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 3-4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Fasciculus n. 3: Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 97 - Litterae Apostolicae, p. 102 - Epistulae, p. 104 - Allocutio, p. 112 - Hortatio Pastoralis, p. 115. — Acta Ss. Congregationum: *S. C. de Propaganda Fide*: Decretum, p. 121 - *S. C. Rituum*: Decreta, p. 122. — Diarium Romanae Curiae: Udienze solenni - Segreteria di Stato: Nomine, pp. 131-136.

Fasciculus n. 4: Acta Pii Pp. XII: Allocutio, p. 137 - Constitutiones Apostolicae, p. 140 - Epistula, p. 143 - Sermo, p. 144. — Acta Ss. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 151 - *S. C. Rituum*: Decreta, p. 153 - *S. C. de Seminariis et Studiorum Universitatibus*: Decretum, p. 158. — Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citationes edictales, p. 160. — Diarium Romanae Curiae: S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze - Necrologio, pp. 163-168.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLVIII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 500 — extra Italiam, Lib. 1500 seu $ 3

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 50 — extra Italiam, Lib. 100 seu $ 0,20

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

Conto corrente con la Posta

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XL, n. 3 - 23 Martii 1948)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *S. Antonii - Galvestoniensis - Dallasensis (Austiniensis).* - Nova dioecesis Austiniensis erigitur ex dioecesium S. Antonii, Galvestoniensis et Dallasensis territorio avulso. - 15 Novembris 1947 97

II. *Baltimorensis et Washingtonensis.* - Archidioecesis Washingtonensis a metropolitana Ecclesia Baltimorensi seiungitur et Sedi Apostolicae immediate subiicitur, illarumque territorii limites paulisper immutantur. - 15 Novembris 1947 100

LITTERAE APOSTOLICAE

Arridet in caelis. - Cathedralis Ecclesia Deo in honorem Sancti Michaëlis Archangeli dicata in civitate ac dioecesi Sancti Angeli in Vado titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoratur. - 12 Augusti 1947 102

EPISTULAE

I. *Dum non pauci hodie.* - Ad RR. PP. Clementem a Milwaukee, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum Ministrum Generalem, Bedam M. Hess, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Ministrum Generalem, Pacificum M. Perantoni, Ordinis Fratrum Minorum Ministrum Generalem: quinto vertente saeculo ab obitu claralis virginis Sanctae Coletae a Corbeia. - 5 Decembris 1947 104

II. *Ex officiosis litteris.* - Ad Excmum P. D. Lucianum Lebrun, Episcopum Augustodunensem, Cabillonensem et Matisconensem: ob commemorationem praedicationis a S. Ioanne Eudes, sub praesidio Immaculati Cordis B. Mariae V. tribus abhinc saeculis inceptae, in Augustodunensi dioecesi. - 15 Ianuarii 1948 106

III. *The approaching reestablishment.* - Ad Emos ac Revmos PP. DD. Cardinales Archiepiscopos et Excmos PP. DD. Archiepiscopos, Episcopos locorumque Ordinarios Foederatorum Statuum Americae Septentrionalis: de ampliori extruendo Pontificio Collegio suis clericis efformandis ac de Instituto condendo sacerdotibus ad altiora studia provehendis in Urbe. - 18 Februarii 1948 108

IV. *Oblectamentum non modicum.* - Ad Emum P. D. Ioannem tit. S. Clementis S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Jong, Archiepiscopum Ultraiectensem: saeculo elapso a libera scholarum institutione Batavis catholicis recognita. - 10 Martii 1948 . 110

V. *In primordiis Nostri Pontificatus.* - Ad Emum P. D. Aloisium tit. Sancti Silvestri in Capite S. R. E. Presbyterum Cardinalem Lavitrano, Praefectum Sacrae Congregationis negotiis religiosorum sodalium praepositae, dena sacerdotii lustra feliciter explentem. - 18 Martii 1948 . . . 111

ALLOCUTIO

Ad novum Legatum Argentinae Reipublicae. - 6 Martii 1948 112

HORTATIO PASTORALIS

Ad parochos Urbis et concionatores sacri temporis quadragesimalis. - 10 Martii 1948 115

ACTA SS. CONGREGATIONUM

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Sivanzean.-Siüenhoaven. - Decretum de mutatione finium dioecesium ac sedis episcopalis translatione. - 8 Ianuarii 1948 121

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Quiten.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Iosephi Mariae Yerovi, religiosi professi Ordinis Fratrum Minorum, Episcopi Cydonien. et coadiutoris Archiepiscopi Quiten. - 13 Iunii 1947 . 122

II. *Urbis et Orbis.* - Decretum. Ellogia in Martyrologio Romano inserenda approbantur. - 27 Februarii 1948 . . 124

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Udienze solenni 131

Segreteria di Stato: *Nomine* 131

(pro Indice fasc. 4, v. pag. III)

An. et vol. XL 23 Martii 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

S. ANTONII - GALVESTONIENSIS - DALLASENSIS (AUSTINIENSIS)

NOVA DIOECESIS AUSTINIENSIS ERIGITUR EX DIOECESIUM S. ANTONII, GALVESTONIENSIS ET DALLASENSIS TERRITORIO AVULSO.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad animarum bonum satius provehendum quam maxime prodest ita ecclesiasticas circumscriptiones ordinari ut fidelium necessitatibus pro locorum adiunctis apprime respondeant. Quod quidem perpendentes, lubenti animo annuendum censuimus oblatis Nobis precibus, quibus venerabilis Frater Hamletus Ioannes Cicognani, Archiepiscopus titularis Laodicensis in Phrygia ac Delegatus Apostolicus in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, praehabito favorabili voto venerabilium Fratrum Roberti Emmet Lucey, Archiepiscopi S. Antonii, Christophori Eduardi Byrne, Episcopi Galvestoniensis et Ioseph Patritii Lynch, Episcopi Dallasensis, ab Apostolica Sede postulavit ut nonnullae partes territorii hucusque ad Ecclesias S. Antonii, Galvestoniensem et Dallasensem spectantes, dismembrarentur atque exinde nova constitueretur dioecesis. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum et suppleto, qua-

tenus opus sit, aliorum quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia ac de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ab archidioecesis S. Antonii territorio comitatus separamus, qui vulgo *McCulloch, St. Saba, Mason, Llano, Blanco, Hays, Caldwell* appellantur, et regionem meridianam, citra *Colorado* flumen, comitatuum *Burnet, Travis* et *Bastrop;* a dioecesi autem Galvestoniensi comitatus disiungimus *Lampasas, Coryell, McLenan, Limestone, Bell, Falls, Robertson, Williamson, Milam, Brazos, Lee, Burleson, Washington, Austin* et regionem septentrionalem, trans *Colorado* fluvium, horum quinque comitatuum, scilicet: *Burnet, Colorado, Fayette, Bastrop* et *Travis;* a dioecesi demum Dallasensi dismembramus comitatus *Coleman, Brown, Mills* et *Hamilton.* Totum territorium istud, ita e praefatis dioecesibus avulsum, in novam erigimus et constituimus dioecesim, *Austiniensem* appellandam, quae proinde qui sequuntur civiles comitatus comprehendet, nempe: *Coleman, Brown, Mills, Hamilton, McCulloch, St. Saba, Lampasas, Coryell, McLenan, Limestone, Bell, Falls, Robertson, Mason, Llano, Burnet, Williamson, Milam, Brazos, Blanco, Travis, Bastrop, Lee, Burleson, Washington, Hays, Caldwell, Austin* et septentrionalem quam supra memoravimus comitatuum *Fayette* et *Colorado* regionem. Urbem autem *Austin,* a qua nova ista dioecesis Austiniensis nomen mutuatur, ad civitatis episcopalis fastigium evehimus, fruiturâm deinceps omnibus et singulis iuribus, honoribus et praerogativis, quibus aliae in catholico orbe civitates, episcopali sede insignitae, utuntur et gaudent. Templum vero Sanctae Mariae ibidem Deo dicatum, ad ecclesiae cathedralis dignitatem evehimus et in eo cathedram episcopalem figimus. Novae itaque huic cathedrali Ecclesiae eiusque pro tempore Episcopis omnia tribuimus iura, honores, insignia, privilegia, quibus ceterae episcopales Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent eosque pariter omnibus adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Austiniensem porro dioecesim hanc suffraganeam constituimus metropolitanae Ecclesiae S. Antonii et ipsius pro tempore Episcopos metropolitico iuri subiicimus Archiepiscopi S. Antonii. Cum autem temporum locorumque adiuncta haud permittant quominus Capitulum Cathedrale modo illic constituatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero ad dioecesis Austiniensis regimen, administrationem, Seminarium, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque id genus servanda iubemus quae de hisce

rebus sacri canones praescribunt. Quod autem clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime degunt. Mandamus demum ut omnia documenta et acta, quae novam hanc dioecesim respiciunt a dioecesium S. Antonii, Galvestoniensis et Dallasensis Cancellariis, quam primum fieri poterit, Curiae episcopali Austiniensi tradantur, ut in eius archivo diligenter adserventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani deputamus, cui facultates ad id necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum exemplar peractae exsecutionis actorum ad S. Congregationem Consistorialem, quum primum fas erit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit vel qui sua interesse praesumant, etiamsi specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, statuti, subiectionis, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero ausu temerario id attentare praesumpse-

rit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die quintadecima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol LXXIV, n. 62. - Al. Trussardi.

II

BALTIMORENSIS ET WASHINGTONENSIS

ARCHIDIOECESIS WASHINGTONENSIS A METROPOLITANA ECCLESIA BALTIMORENSI SEIUNGITUR ET SEDI APOSTOLICAE IMMEDIATE SUBIICITUR, ILLARUMQUE TERRITORII LIMITES PAULISPER IMMUTANTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Universi dominici gregis regimen, Romanis Pontificibus divinitus commissum, postulat ut circumscriptiones ecclesiasticae aliter constituantur, quoties animarum bonum id requirere videatur. Hinc Nos per Apostolicas sub plumbo Litteras *Supremae ecclesiasticae potestatis,* die vicesima Iulii mensis, anno millesimo nongentesimo trigesimo nono datas, territorium, intra fines Columbiae districtus contentum, a metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis territorio dismembravimus, et nova exinde archidioecesis ab urbe Washingtonia, quae caput civile est Statuum Foederatorum Americae Septentrionalis, erecta est, Washingtonensis appellata, et aeque principaliter unita praefatae Ecclesiae Baltimorensi. Ad maius vero catholicae rei incrementum et ad ipsius civitatis Washingtoniae ornamentum magnopere modo videtur conferre, si Sacrorum Antistes assiduum ibi domicilium habeat et archidioecesis Washingtonensis tantum curam gerat. Quae quidem intento animo perpendentes, Nos opportunum duximus archidioeceses Baltimorensem et

Washingtonensem, modo vacantes, disiungere, earumque territorium paulisper immutare. Quapropter, habito favorabili voto venerabilis Fratris Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi titularis Laodicensis in Phrigia et in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati Apostolici, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum, qui sua interesse praesumant, consensu, certa scientia atque omnibus mature perpensis, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, archidioecesim Washingtonensem a Baltimorensi metropolitana Ecclesia perpetuo disiungimus ac separamus. Quum vero archidioecesis Washingtonensis in praesenti angustis limitibus sit coarctata et minus frequens sit in ea christifidelium numerus, a metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis territorio quinque districtus civiles vulgo *Montgomery, Prince Georges, Charles, Calvert* et *St. Mary's* dismembramus et archidioecesi illi Washingtonensi adiungimus. Statuimus insuper ut Archiepiscopus pro tempore Washingtonensis Nobis et Sedi Apostolicae sit immediate subiectus; episcopali tamen coetui ecclesiasticae Provinciae Baltimorensis interveniat. Ipsi porro indulgemus ut Sacro Pallio decorari possit, postquam tamen in Consistorio rite illud postulaverit et obtinuerit. Decernimus insuper ut nomen et officium, hucusque ab Archiepiscopo Baltimorensi habitum, Catholicae Universitatis Washingtonensis Cancellarii habeat in posterum Archiepiscopus Washingtonensis. Cum autem praesentis temporis rerumque adiuncta haud permittant quominus Canonicorum Capitulum Cathedrale modo illic constituatur, indulgemus ut interim Consultores Dioecesani ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero ad illius archidioecesis regimen, administrationem, Seminarium, aliaque id genus attinet, servanda iubemus quae de hisce rebus sacri canones praescribunt. Quod autem clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem deductae fuerint, eo ipso clerici adscripti censeantur Ecclesiae illi, in cuius territorio legitime degunt. Mandamus insuper ut omnia documenta et acta, quae Washingtonensem archidioecesim respiciunt, a metropolitanae Ecclesiae Baltimorensis cancellaria, quamprimum fieri possit, curiae archidioecesis Washingtonensis tradantur ut in eius archivo diligenter asserventur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda, venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani deputamus eique facultates tribuimus ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad Sacram Congregatio-

nem Consistorialem, quam primum fas erit, authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum et inane prorsus esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, quibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, seiunctionis, constitutionis, subiectionis, statuti, mandati, decreti, delegationis, derogationis et voluntatis Nostras infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die quintadecima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIV, n. 63. – Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

CATHEDRALIS ECCLESIA DEO IN HONOREM SANCTI MICHAËLIS ARCHANGELI DICATA IN CIVITATE AC DIOECESI SANCTI ANGELI IN VADO TITULO AC DIGNITATE BASILICAE MINORIS DECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Arridet in caelis Beatissima Deipara Virgo Maria « quasi aurora consurgens », « pulchra ut luna, electa ut sol », prout de Ea sancta canit Ecclesia; arridet et in terris, tum e ligneis tabulis pictis, tum e statuis simulacrisque marmore exsculptis, su-

pra Eius aram mirifice ornatam collocatis, tenuibusque lampadum flammulis tamquam minusculis sideribus decoratam ; rosarum praeterea liliorumque sertis suavi circum fragrantibus odore. Conveniunt proinde Mariae Virginis ad aras populi fideles, ut de acceptis beneficiis Ei plurimas gratias agant, vel pro accipiendis preces effundant enixas. Quum vero mariale aliquod sacellum in pervetusto maximoque civitatis Templo situm reperiatur, vel eidem adnexum, tunc ad Templum illud Christi asseclae duplici ratione alliciuntur, mariana nempe filiorum pietate, nec non historico quodam sensu, per quem et solemne Religionis monumentum et carissimum catholicorum animis exstat. Quod quidem Civitati ac Dioecesi Sancti Angeli in Vado contigisse liquet. Gloriari enim possunt Vadenses cives tum de pulcherrimo in honorem Mariae Virginis « a Planctu », praecipuae eiusdem Civitatis ac Dioecesis Patronae, sacello, tum de pervetusta Ecclesia Matrice, quam anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto Urbanus PP. VIII, Decessor Noster, fel. rec., Cathedralis titulo decoravit. Pervetustam inquimus : namque aedificata praesens fuit Ecclesia supra pristinam, quae, prout traditum est, tamquam antiquissimae urbis « Tipherni Metaurensis » Templum maius, Cathedralium privilegiis fruebatur pollebatque. Fidelium insuper pietate nec non Episcoporum totiusque Cleri atque Civitatis Optimatum curā, eădem princeps Ecclesia insignibus Sanctorum Reliquiis ditata est, atque nonnulla, summa arte perfecta, opera sacramque magni pretii suppellectilem possidet. Nunc autem, propitiam occasionem nacti sollemnium, quae in honorem Beatae Mariae « a Planctu » invocatae proxime peragentur, Ecclesiae Cathedralis Canonici et Clerus uterque, nec non Civitatis Moderator, una cum populo universo, a Nobis humiliter impenseque postulaverunt ut supra memoratam Ecclesiam Cathedralem titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decorare dignaremur. Quandoquidem ipsi certiores Nos fecerunt se nihil potius optare quam ut pietas erga Deiparam Virginem magis magisque in dies augeatur, atque ut iure meritoque a Nobis honoretur dioeceseos Episcopus, Venerabilis Frater Ioannes Capobianco, quippe qui tam navam, tam sapientem fructuosamque operam iam diu pro populo christiano et christiana caritate impendat. Cum autem Nosmet ipsi Sancti Angeli in Vado Civitatem eiusque incolas peculiari benevolentia prosequamur, Simulacrum Virginis Mariae « a Planctu » aureo diademate ipsa manu Nostra redimire voluimus in Arce Gandulphi die XI huius mensis Augusti. Hisce omnibus rite perpensis, audito quoque Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Praenestino Episcopo atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra

deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Ecclesiam Cathedralem, Deo in honorem Sancti Michaëlis Archangeli dicatam atque in Civitate ac Dioecesi Sancti Angeli in Vado positam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus privilegiis quae eidem titulo conveniunt. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus. Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Augusti, anno MCMXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

EPISTULAE

I

AD RR. PP. CLEMENTEM A MILWAUKEE, ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPUCCINORUM MINISTRUM GENERALEM, BEDAM M. HESS, ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM MINISTRUM GENERALEM, PACIFICUM M. PERANTONI, ORDINUM FRATRUM MINORUM MINISTRUM GENERALEM: QUINTO VERTENTE SAECULO AB ORITU CLARALIS VIRGINIS SANCTAE COLETAE A CORBEIA.

PIUS PP. XII

Dilecti filii, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Dum non pauci hodie, abiecta rerum aeternarum cogitatione, se in medias saeculi voluptates misere coniciunt, omniaque neglegunt vel posthabent, quae ad caelum, quae ad virtutem pertineant, valde opportunum videtur Nobis, communibus vestris litteris rescribentibus, Claralem virginem Deo devotam S. Coletam a Corbeia, cuius a piissimo obitu, quintum iam vergit saeculum, in hominum memoriam reducere, ad eiusque excelsa animi ornamenta sedulo imitanda excitare omnes. Idque nominatim optamus ab ea discant, in tanta nempe externarum dissipatione tumultuationeque rerum, ea potissimum valere, quae ad Deum respiciant, ad eiusque sanctissima amplectenda praecepta convertant; quaeque intimam illam

supernamque vitam excitent, quae, christianarum virtutum altrix, nescit occasum, utpote aliquando sempiternae inserenda beatitati. Ex hac nempe intima supernaque vita habuit franciscalis haec virgo non modo ut semet ipsam caelestis pulchritudinis floribus ac fructibus exornaret, sed ut ceteris etiam suae sanctitudinis luce praeluceret.

Corbiae in lucem edita, inde a tenella aetatula haud exigua praestitit futurae sanctimoniae indicia; non solum enim saeculi illecebras vigilanti diligentia defugit, atque adsiduis precibus piaeque paenitentiae operibus se dedidit totam, sed ceteras etiam puellas, quascumque poterat, ad se suaviter alliciebat, ut eas rectae doctrinae pabulo enutriret, ac suasione exemploque suo ad vitiorum coenum omni ope vitandum et ad christianam sectandam virtutem non sine uberibus fructibus permoveret. Parentibus orbata, atque hereditario patrimonio rebusque familiaribus divenditis, acceptoque pretio generose pauperibus distributo, in solitudinem secessit, ut Deo inibi adhaereret uni; utque ieiunio, cilicio, ferreisque catellis edomito corpore, facilius caelestibus vacaret contemplationibus. Mox superna luce collustrata supernoque quodam instinctu afflata, postquam non paucas nec leves difficultates feliciter eluctata est, franciscalium virginum claustra libentissime petiit; ibique eam, quam vehementer exoptabat, evangelicae vitae perfectionem, divina adspirante gratia, magis cotidie magisque assequi enisa est.

At non modo ipsa virtutum omnium palaestram, imprimisque modestiae, paenitentiae animique demissionis didicit, in eademque se exercuit diligentissime, sed aliis etiam suae sanctitudinis fulgore ita praestitit, ut a Claralibus virginibus veluti magistra venerabundis haberetur. Itaque, non sine Divinae Providentiae consilio evenit, ut coenobia non pauca in Flandria et in Gallia vel ad pristinum restitueret decus, vel funditus conderet, et ad evangelicae vitae formam educeret. Quamobrem, cum ad mortalem exitum meritis virtutibusque referta pervenit, sodales suas plusquam verbis exemplo suo ad sanctimoniam adhortari poterat, ac praesertim ad flagrantem Dei amorem, ad voluntariam paupertatem et ad laborum dolorumque patientiam; quo quidem itinere, etsi arduo aculeisque aspero, ad caelestem possent omnes beatitatem pervenire.

Habetis igitur ante oculos posita praeclara sanctitatis specimina; in ea non modo studiose actuoseque intueamini, sed id etiam pro viribus efficite, per haec potissimum saecularia sollemnia, ut omnes, quotquot potestis, edoceantur nihil potius esse, nihil magis necessarium, quam animum quemque suum caelestibus exornare virtutibus, atque illam imprimis supernam vitam alere, ex qua eaedem gignantur ac floreant. Qui enim eiusmodi intimam supernamque vitam neglexerit, quae divina re-

fovetur gratia, qui ad externa solummodo se converterit, etsi laudabilia ac temporibus consentanea, is serius ocius animadvertet caducam se ac sterilem dedisse operam. Nostis enim « omne datum optimum et omne donum perfectum desursum esse, descendens a Patre luminum »; [1] quamobrem ea quoque omnia, quae ad apostolatum pertineant, inania fore ac vacua, nisi afflatu illo moveantur, qui ex Deo oriatur.

Cupimus praeterea Clarales virgines nominatim paterno admonere animo, ut S. Coletae vestigiis sedulo diligenterque insistant. Ne sinant eaedem pristinas illas virtutes, quibus tantopere sancta haec caeles enituit, enervari, languescere, misereque restingui. Excitent quam maxime sanctimoniae ardorem, si deferbuit; ac non tantum pro semet ipsis divinae gratiae munera implorent, sed pro innumeris etiam sororibus ac fratribus, qui, ex recto itinere transversum acti, in errorem, in vitiorumque volutabrum obcaecata sint mente delapsi, lucem a Deo, misericordiam ac veniam comprecentur.

Earum Nos vestrisque precibus libenter Nostras coniungimus, dum caelestium gratiarum auspicem peculiarisque benevolentiae Nostrae testem, cum vobis singulis, dilecti filii, ac sodalibus vestrae curae demandatis, tum universis franciscalibus virginibus Deo devotis, iisque omnibus, qui haec saecularia sollemnia pio participabunt animo, Apostolicam Benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die v mensis Decembris, anno MDCCCCXXXXVII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

II

AD EXCM̃UM P. D. LUCIANUM LEBRUN, EPISCOPUM AUGUSTODUNENSEM, CABILLONENSEM ET MATISCONENSEM : OB COMMEMORATIONEM PRAEDICATIONIS A S. IOANNE EUDES, SUB PRAESIDIO IMMACULATI CORDIS B. MARIAE V. TRIBUS ABHINC SAECULIS INCEPTAE, IN AUGUSTODUNENSI DIOECESI.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Ex officiosis litteris, abs te et a generali Eudistarum Moderatore recens datis, libenti didicimus animo percupere vos eventum celebrare, quod possit, ut in votis est, cleri populique pietatem incendere erga magnam Dei Parentem dulcissimamque Matrem nostram. Tribus nempe abhinc sae-

[1] Cf. Iac., I, 17.

culis, cum Ioannes Eudes, « aeternarum praeco disertissimus veritatum », [1] una cum viginti sociis in singulis Augustoduni templis sacrarum concionum cursum habuisset, atque innumerabiles multitudines ad Christum ad eiusque sanctissima sequenda praecepta reduxisset, laudabili eo consilio permotus ut perseverans in virtute studium a Deo facilius impetraretur, ab immaculato Beatae Virginis Corde publice voluit praesidium ab omnibus implorari. Primum siquidem, eo auctore suasoreque, et Ecclesiae probante auctoritate, Eucharisticum Sacrificium in eiusdem immaculati Cordis honorem celebratum est, cuius ipse preces ac formulas composuerat.

Hoc Nos eventum in christianae plebis memoriam revocari valde opportunum ducimus, cum fore confidamus ut, quemadmodum Ioannis Eudes aetate, sic in praesens possint, uberibus cum fructibus, christifidelium animi hac ratione converti atque excitari non modo ad cultum provehendum Deiparae Virginis, et ad flagrantiorem erga eam amorem commovendum, sed ad eius etiam virtutum exempla imitanda. Quod quidem, si umquam alias, nostris hisce temporibus omnino videtur necessarium.

Paucis ante annis, ut omnes norunt, cum immane adhuc fureret bellum, Nos — quandoquidem gravissimae huiuscemodi conflictationis componendae humanae spes humanaeque opes ancipites atque incertae videbantur — ad miserentissimum Redemptorem nostrum precando supplicandoque confugimus, validissimo interposito patrocinio purissimi Cordis Mariae Virginis. Ac sicut Decessor Noster fel. rec. Leo XIII, vicesimo ineunte saeculo, universum hominum genus sacratissimo Cordi Iesu dedicatum voluit, ita Nos pariter, quasi humanae familiae divinitus redemptae sustinentes personam, eam voluimus immaculato etiam Deiparae Virginis Cordi sollemniter consecrare.

In praesens vero, etsi bellum fere ubique conquievit, nondum tamen sedata sunt odia, neque discordiae sunt contentionesque compositae. Quin immo ipsa civilis societatis compages summo in discrimine videtur, dum tam multae nationes ac gentes, tot plagis adhuc sauciae, tot ruinis ac detrimentis afflictae, quorsum novi anni cursus contendat reformidando considerant.

Non est igitur a divino efflagitando auxilio desistendum, neque ab imploranda tutela beatae Virginis Mariae cessandum, cuius sine ope qui velit superna obtinere munera, supernumque praesidium, is sine alarum remigio inaniter ad excelsa evolare videatur. [2] Quamobrem optime facitis, si huius eventi faustitatem commemorantes, opportunam ex ea

[1] Homil. Pii XI in Canoniz. S. J. Eudes; *A.A.S.*, vol. XVII, p. 225.

[2] Cf. Dantes Aligh., *Parad.*, XXXIII, 14-15.

nanciscimini occasionem rationemque, qua facilius possitis popularem inflammare pietatem erga Dei Matrem benignissimam, eamque, quasi pacis sequestram ac caelestium munerum conciliatricem omnibus indicare ac commendare.

Adsit e caelo consiliis atque inceptis hisce vestris S. Ioannes Eudes, ac vobis valida prece sua impetret, ut salutares illi fructus, quos, tribus ante saeculis, apud vos divina favente gratia edidit, iterum feliciterque renoventur.

Nos interea, horum caelestium fructuum auspicem Nostraeque benevolentiae testem, cum tibi, Venerabilis frater, ac dilecto filio Francisco Lebesconte, generali Eudistarum Moderatori, tum eius sodalibus, itemque universo gregi tuae vigilantiae demandato, Apostolicam Benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XII

III

AD EM̃OS AC REVM̃OS PP. DD. CARDINALES ARCHIEPISCOPOS ET EXCM̃OS PP. DD. ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS LOCORUMQUE ORDINARIOS FOEDERATORUM STATUUM AMERICAE SEPTENTRIONALIS: DE AMPLIORI EXTRUENDO PONTIFICIO COLLEGIO SUIS CLERICIS EFFORMANDIS AC DE INSTITUTO CONDENDO SACERDOTIBUS AD ALTIORA STUDIA PROVEHENDIS IN URBE.

PIUS PP. XII

Beloved Sons and Venerable Brethren. — The approaching reestablishment here in Our dear Rome of the North American College, the knowledge of whose reopening has been communicated to Us by the rector, affords Us the welcome opportunity of addressing Our paternal words to you, the Members of the Hierarchy of the United States. We rejoice not only in the fact that after a lapse of eight years you are once more sending your chosen young men to study in Our beloved City, to imbibe the sacred wisdom of Holy Mother the Church at its very source and to be nourished at the very heart of the Catholic world, but that you are also planning to erect in the very shadow of Our own dwelling a new and greater seminary to care for ever more young levites from America.

It was Our predecessor of blessed memory, Pius IX, who nearly one hundred years ago first proposed to the American Bishops that they

establish a national seminary in Rome, and it was the same Pontiff who purchased and graciously granted the use of the edifice that has housed the American students ever since that time.

Surely there is evident the hand of Divine Providence in the fact that the first steps were taken on the occasion of the definition of the dogma of the Immaculate Conception and that the College itself was opened for the first time on the very eve of the feast, on December 7th, 1859. And since that day Our Heavenly Mother, Queen of the Clergy, has never ceased to bless with every manifestation of divine favor a work that is of necessity so close to Her maternal heart. The students nurtured in tender love of their Mother and Queen, developed in the image of Her Divine Son, enlightened in the sacred sciences learned at the feet of Christ's Vicar, made strong and courageous by their close association with the places sanctified by the Prince of the Apostles and the martyrs, have returned to their own country to win ever greater triumphs for Christ and His Holy Spouse. As pastors and teachers, as administrators and also as bishops of the Church in America, the men trained here have always been marked with an especial loyalty to Us and to Our illustrious Predecessors, an inevitable consequence of their sojourn in this City, the See of Peter and of Peter's Successors.

Today as We look about the City of Rome We see on all sides the flower of the youth of the world, even from the most distant nations, drawn here by a common faith, sustained by common ideals, being trained in the same doctrine, sharing the same Divine Sacrifice, and all united by the same bonds of attachment to Us. Surely they are giving to the leaders and to the peoples of every land a magnificent example of unity and of the ability of mankind to live together in Christian peace and concord. The concurrence of so many thousands of men, later destined to play such an important part in the salvation of souls over the whole face of the earth, is a great consolation to Us; and it should be to you, Beloved Sons and Venerable Brethren, a reason especially appealing at this time, to be prompt in making every sacrifice necessary to maintain and even to enlarge the national seminary of your country.

So it is with particular joy that We have learned of your proposals to erect an even finer seminary and to plant your roots even closer to Us. Your wisdom and courage to look to the future and to plan for almost three hundred of your seminarians to study in Rome represent a most worthy initiative that can elicit only Our warmest commendation. At the same time you are keeping a close tie with your old and honored traditions in putting the former college building to use as a house of

studies for priests wishing to train themselves in the higher branches of the sacred sciences. Both of these projects call forth Our heartiest approval and support and the return in grace and wisdom that will accrue to the Church in America will amply reward the expenditures and sacrifices that are necessarily involved in their realization.

The united action taken in this matter by the American Hierarchy, always so ready and generous in their support of all measures for the extension of the Kingdom of Christ, once more demonstrates the flourishing condition of the Faith in your great nation. We are sure that the bishops and priests and people will rally to the support of a cause that promises so much for the Church and which is so close to Our own heart. Already an abundant and fruitful harvest for God and for souls has been garnered from the past eighty-nine years of the existence of the North American College: and now your decisions for the future give abundant hope that succeeding generations will continue, in greater measure and with more ample facilities, to enjoy the richest blessings stemming from a priesthood nourished in the Eternal City.

With great joy then We give Our blessing to the plans that have been made known to Us by the rector for the future of your seminary. We shall follow their unfolding and their realization with intimate pleasure and personal interest and, as a token of Our encouragement in the great task that lies ahead, We impart to you, Beloved Sons and Venerable Brethren, as also to the priests and faithful of the United States, Our paternal Apostolic Benediction.

Given at the Vatican on the eighteenth day of February one thousand nine hundred and forty eight, the ninth year of Our Pontificate.

PIUS PP. XII

IV

AD EMUM P. D. IOANNEM TIT. S. CLEMENTIS S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DE JONG, ARCHIEPISCOPUM ULTRAIECTENSEM: SAECULO ELAPSO A LIBERA SCHOLARUM INSTITUTIONE BATAVIS CATHOLICIS RECOGNITA.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Oblectamentum non modicum Nobis gignit perutile consilium, quod istic, te duce, susceptum est, centum fauste exactos celebrandi annos, ex quo Batavi catholici impertiendae institutionis libertatem assecuti sunt.

Haec autem gloriosa libertas, magnis certaminibus et laboribus parta, recens coronam et fastigium accepit, cum istius Regni statuta et leges eam, in perpetuum mansuram, consecrarunt: ea enim non solum rei catholicae sed civili quoque late succrescentem egregiorum fructuum messem protulit, quam vivida laetitia Nos recolimus et merita laude prosequimur.

Nos quidem ob actuosum et constans hoc in Ecclesiam et patriam studium suspicimus et adamamus tum fideles istos, tum praesertim sacros Hollandiae pastores, quibus prudentia, vigilantia, strenua navitas semper sunt virtutes et animorum dotes praecipuae. Cum autem libenter noverimus, ad feliciter acta recensenda, istic rerum de catholicis scholis Expositionem fieri, quae quidem apparatu, pondere et utilitate valde commendatur, addita erogatione Hollandesium Florinorum 10.000, eius sumptibus occurrere volumus: sit hoc vobis documentum caritatis, qua semper gaudemus, cum vobis benefacimus. Gratulationes igitur tu, Dilecte Fili Noster, ceterique isti episcopi, sacerdotes et christifideles de praeclaro incepto habetote a Nobis atque pergite pro nobilissima Christi causa summa contentione elaborare. Benevolentiae demum Nostrae pignus Apostolica sit Benedictio, quam, auspicem divinorum munerum, vobis amanter impertimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die X mensis Martii, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

V

AD EM̃UM P. D. ALOISIUM TIT. SANCTI SILVESTRI IN CAPITE S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM LAVITRANO, PRAEFECTUM SACRAE CONGREGATIONIS NEGOTIIS RELIGIOSORUM SODALIUM PRAEPOSITAE, DENA SACERDOTII LUSTRA FELICITER EXPLENTEM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — In primordiis Nostri Pontificatus tibi quinque ab inito episcopatu lustra feliciter peragenti gratulationes Nostras libenter significavimus, praecipua tua erga Ecclesiam merita suavi memoria repetentes. Nunc vero, quinquagesimo sacerdotii tui natali die imminente, nova Nobis praebetur facultas benevolentiam laetumque animum Nostrum tibi publice proferendi. Ex quo enim in hac alma Urbe, egregia nitens pietate doctrinaque praesertim sacra iureque plane eruditus, salutarem hostiam Deo offerre

coepisti, dum aetate florens in Collegio Apostolico Leoniano theologiam pastoralem docebas rectorisque munere fungebaris, apud plura iuventutis instituta sacerdotalia munera exercuisti, simulque tribunalibus Sacrae Romanae Rotae et Signaturae Apostolicae nonnullisque Sacris Congregationibus Romanis studium consiliumque sollerter contulisti. Interea in locum defuncti Cardinalis Casimiri Gennari, insignis iurisconsulti, suffectus, graves moderatoris partes commentarii, cui titulus *Monitore ecclesiastico* diu honorificeque sustinuisti. Postquam vero in episcopi honorem evectus es, antea in ditionibus Cavensi et Sarnensi, tum in metropolitana Beneventi sede, denique in praeclara Panormitana virtus tua ac sollicitudo pastoralis reluxit. Inter ceteras laudes silentio praeterire non possumus curas et labores, quibus adsidue incubuisti ad novas ecclesias aedesque paroeciales condendas, ad clericorum seminaria reficienda vel amplificanda, ad pia instituta fovenda, ad religiosam in scholis institutionem tuendam, ad Actionem Catholicam etiam per Coetum Episcopalem eiusdem in Italia moderatorem magis magisque provehendam. Nunc autem, quamvis aetate provectus, in gravioribus officiis tibi demandatis consilium operamque tuam Apostolicae huic Sedi diligenter praestas. Quapropter Nos praesentem nacti opportunitatem tibi, Dilecte Fili Noster, de sacro ministerio tam diu actuoseque gesto ex animo gratulamur, omnia fausta prospera salutaria a Deo ominamur. Quorum quidem caelestium donorum in auspicium inque peculiaris Nostri amoris testimonium, Apostolicam Benedictionem tibi, Dilecte Fili Noster, coniunctis amicisque tuis, in primisque tuorum sociis laborum amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII mensis Martii, anno MDCCCCXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

*Ad Exc̃mum Virum Nicolaum C. Accame, Argentinae Reipublicae Oratorem extra ordinem liberis cum mandatis, Litteras publicas Summo Pontifici porrigentem.**

Señor Embajador:

En la cúspide misma de una brillantísima carrera, enriquecida por el trabajo, la experiencia y los abundantes méritos al servicio de su patria, la divina Providencia y la honrosa confianza del Excelentísimo Señor

* Habita die 6 Martii mensis, a. 1948.

Presidente de la República Argentina han conducido a Vuestra Excelencia a esta eterna Ciudad, en el corazón del mundo católico, para ser Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de una nación que — como con religiosa satisfacción y patriótico orgullo Su Excelencia acaba de poner de relieve — proclama a Dios « fuente de toda razón y justicia » en el preámbulo mismo de su Constitución y reconoce a la religión católica, apostólica y romana un puesto de honor, de acuerdo con las mejores tradiciones de sus antepasados europeos, de la católica y fecunda Madre Patria española.

Con tal base no es estraño que el pueblo argentino fuese uno de los primeros en abolir la esclavitud, en los albores del siglo XIX, demostrando ya ese sentimiento de humanidad cordial que le había siempre de caracterizar, como antes, mucho antes, había sabido conquistar un puesto distinguido en las avanzadas de la cultura, abriendo en Córdoba la segunda Universidad de toda la América del Sur en 1614, e instalando en la misma ciudad su primera imprenta ya a fines de este mismo siglo.

Nós lo sabemos perfectamente, Señor Embajador: la profesión de Dios y, con ella, la de las normas y valores para la vida que brotan de la santa fe, no sólo vive impresa en el mismo frontispicio de vuestra carta fundamental, sino que alienta igualmente, grabada en las ideas y en los sentimientos de todo vuestro noble país.

Quien, como Nós, fué testigo de las luminosas jornadas de aquel inolvidable Octubre de 1934, y pudo ver cómo vuestro pueblo sabe venerar a su Rey Eucarístico y a su bendita Madre, nunca dudará dónde está el centro de los corazones de sus mejores hijos.

Quien, como Nós, tuvo ocasión de contemplar al elemento militar de la nación, acercándose en series incontables a la mesa eucarística para nutrirse con el pan de los fuertes, fácilmente adivinará, mejor que quien no tuvo aquella dicha, cual es el sentimiento que movía a Vuestra Excelencia, soldado argentino experto y jefe de alta graduación, al pronunciar hace unos instantes esas nobilísimas expresiones, que tanto eco han despertado en Nuestro corazón.

» » » Monsig. Di Lieto Mario, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Pistone Giovanni, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Bertoncello Brotto Giov. Batt., della diocesi di Padova.
» » » Monsig. Gasbarri Romolo, della diocesi di Viterbo.
15 » » Monsig. Musso Giulio, della diocesi di Albenga.
» » » Monsig. Luciani Albino, della diocesi di Belluno.
19 » » Monsig. Giusti Lorenzo, della diocesi di Arezzo.
31 » » Monsig. Travia Antonio, dell'archidiocesi di Palermo.
» » » Monsig. Bellotti Luigi, della diocesi di Verona.
14 gennaio 1948. Monsig. de Maio Giov. Batt., della diocesi di Sessa Aurunca.
» » » Monsig. Chiavetti Giacomo, dell'archidiocesi di Spoleto.
» » » Monsig. Fabrizi Benedetto, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Fidenzoni Francesco, della medesima archidiocesi.
28 » » Monsig. Copello Carlo, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
30 » » Monsig. Mirra Angelo, della diocesi di Bisaccia.
» » » Monsig. Iatrini Francesco, della diocesi di Caltagirone.
» » » Monsig. Marani Marino, della diocesi di Macerata.

30 gennaio 1948. Monsig. Fabbri Ettore, della diocesi di Sarsina.
» » » Monsig. Lelli Eligio, della diocesi di Tuscania.
» » » Monsig. Santoni Angelo, della diocesi di Volterra.
3 febbraio » Monsig. Inzoli Agostino, della diocesi di Crema.
» » » Monsig. Triassi Domenico, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giannini Noè, della diocesi di Senigallia.
» » » Monsig. Marangoni Alessandro, della diocesi di Verona.
25 » » Monsig. Sensini Remigio, della diocesi di Amelia.
» » » Monsig. Beltrami Silvio, della diocesi di Novara.
» » » Monsig. Scaciga Della Silva Guido, della medesima dioc.
» » » Monsig. Gatti Francesco, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Lucchini Luigi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Biondini Domenico, della diocesi di Todi.
» » » Monsig. De Chiara Vincenzo, della diocesi di Tricarico.
» » » Monsig. Marzari Edoardo, della diocesi di Trieste e Capodistria.
29 » » Monsig. Zammit Giuseppe, dell'archidiocesi di Malta.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari di S. S.:

20 aprile 1939. Il marchese Mattei Antonio, dell'archidiocesi di Malta.
5 luglio » Il conte Colonna Czosnowski Leone, dell'archidiocesi di Varsavia.
15 febbraio 1946. Il sig. Dessain Giuseppe, della diocesi di Liegi.
4 aprile » Il sig. Towle Raimondo Giordano, dell'archidiocesi di Boston.
30 giugno 1947. Il sig. Beaufaux Maurizio, dell'archidiocesi di Malines.
8 gennaio 1948. Il nob. Macioti Carlo (Roma).
18 » » Il sig. Vitalowitz Ermanno, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
7 febbraio » Il sig. Malvezzi Campeggi Lucio (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

29 ottobre 1947. Monsig. Concesa Antonio, della diocesi di Cremona.
1 novembre » Monsig. Curzi Gaetano, della diocesi di Sant'Angelo in Vado.

Cameriere d'onore di spada e cappa soprannumerario di S. S.:

30 gennaio 1948. Il sig. Drago Sebastiano (Roma).
8 marzo » Il sig. Giulianelli Gioacchino (Roma).

Cappellani segreti d'onore di S. S.:

14 luglio 1947. Monsig. Martinez Guerra Carlo, dell'archidiocesi di Messico.
1 novembre » Monsig. Galletti Albino, dell'archidiocesi di Udine.

An. et vol. XL 27 Aprilis 1948 (Ser. II, v. XV) - N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

ALLOCUTIO

Summus Pontifex, die Paschatis Resurrectionis D. N. Iesu Christi a. 1948 Urbi et Orbi benedicens, coram populo Urbis in foro Sancti Petri Apostoli fausta quaeque amatissimo patri ominante, haec verba fecit:

Romani! Diletti figli e figlie!

La solennità della Risurrezione del Signore vi ha più volte offerto l'occasione di adunarvi qui in pacifica schiera nella maestosa cornice di questo grandioso colonnato, le cui braccia sono aperte ad accogliere quanti muovono verso la Chiesa e verso Pietro.

La benedizione pasquale *Urbi et Orbi,* che siete venuti a ricevere, richiede da ognuno di voi una franca, lieta e pubblica professione della fede ereditata dai vostri padri, d'incrollabile fedeltà alla Santa Chiesa, d'indissolubile unità di pensiero e di azione col Custode delle Somme Chiavi, a lui affidate dal divino Fondatore e Signore della Chiesa.

In quest'anno di ansie e di pericoli, in questo momento nunzio di eventi mondiali forse definitivi o irreparabili, su questa moltitudine di Roma credente si posa quasi un'ombra di gravità singolare, un sacro senso di aspettazione, uno spirito potente che, come intimo fuoco, scuote tutte le menti e tutti i cuori.

Chi non è cieco, vede, chi non è spiritualmente intorpidito, sente: Roma, la genitrice, l'annunziatrice, la tutrice di civiltà e di eterni valori di vita, questa Roma, che già il suo più grande storico chiamò, quasi per divino istinto, *caput orbis terrarum,*[1] e il cui destino è un mistero che si

[1] Titi Livi *Ab Urbe condita,* lib. I, n. XVI.

volge nei secoli; questa Roma si trova ora dinanzi, o per meglio dire, in mezzo a una svolta dei tempi, che richiede nel Capo e nei membri della Cristianità somma vigilanza, instancabile prontezza, incondizionata azione.

Vigilate et orate:[2] vegliate e pregate! Così il Signore ammoniva i suoi discepoli alla vigilia della sua Passione.

Vigilate et orate: vegliate e pregate! è il grido che in nome del Redentore risorto Noi indirizziamo a voi, ai vostri e Nostri concittadini, a tutti i fedeli del mondo.

La grande ora della coscienza cristiana è sonata.

O questa coscienza si desta a una piena e virile consapevolezza della sua missione di aiuto e di salvezza per una umanità pericolante nella sua compagine spirituale; e allora è la salute, è l'avveramento della formale promessa del Redentore: « Abbiate fiducia, io ho vinto il mondo ».[3]

Ovvero (che a Dio non piaccia) questa coscienza non si sveglia che a metà, non si dà coraggiosamente a Cristo, e allora il verdetto, terribile verdetto! di Lui, non è meno formale: « Chi non è con me, è contro di me ».[4]

Voi diletti figli e figlie, ben comprendete che cosa un tale bivio significa e contiene in sè per Roma, per l'Italia, per il mondo.

Nella vostra coscienza, destatasi a tale piena consapevolezza della sua responsabilità, non vi è posto per una cieca credulità verso coloro, che dapprima abbondano in affermazioni di rispetto alla religione, ma poi, pur troppo, si svelano negatori di ciò che vi è di più sacro.

Nella vostra coscienza non vi è posto per la pusillanimità, la comodità, la irresolutezza di quanti in questa ora cruciale credono di poter servire due padroni.

La vostra coscienza sa che l'attuazione della giustizia sociale e della pace fra le nazioni non potrà essere mai conseguita e assicurata, se si chiudono gli occhi al « lume di Cristo » e si aprono invece gli orecchi alla erronea parola di agitatori che nella negazione di Cristo e di Dio pongono la pietra angolare e il labile fondamento dell'opera loro.

Romani!

La Chiesa di Roma, che è per voi in senso anche più stretto la vostra Madre, è fatta ai giorni nostri pubblicamente segno ai più ingiusti attacchi. Come Cristo è stato posto *in signum cui contradicetur*,[5] come

[2] Matth. 26, 41.
[3] Ioann. 16, 33.
[4] Matth. 12, 30.
[5] Luc. 2, 34.

Egli è stato calunniato, coperto di vituperî e di fango, così da avversari accecati dalla passione nessun oltraggio è risparmiato alla Chiesa. Invano, in questa stessa Urbe, centro della Cristianità, essa ha moltiplicato i suoi benefici; invano, in circostanze d'imminente pericolo, ha salvato, accolto, ospitato perseguitati di ogni categoria, anche fra i suoi più fieri nemici; invano, in tempi di tirannica oppressione, ha affermato e sostenuto la dignità, i diritti della persona umana e la giusta libertà dei popoli; invano, quando la minaccia della fame gravava su questa Città eterna, ha provveduto alla sua alimentazione; invano, fedele interprete dei comandamenti di Cristo, ha levato la sua voce contro i danni della immoralità dilagante, che conduce il popolo al decadimento e alla rovina. La si accusa di essere « reazionaria » e fautrice delle dottrine, che essa ha condannate; le si rimprovera di depauperare e immiserire il popolo, che essa ha largamente soccorso e continua a soccorrere, massime coi provvidenziali aiuti che la carità del mondo cattolico, docile alle sue ripetute e calde suppliche, le fornisce; le si rinfaccia di tradire la dottrina di Cristo, suo Sposo divino, che essa non si stanca di annunziare, di difendere e di attuare; le si imputano, amplificandole e generalizzandole, le colpe di qualche suo membro degenere, che essa per prima deplora, riprova e severamente punisce. Ma, pur costretta com'è a respingere e a confutare tante inique accuse per l'onore del nome di Cristo, per la integrità della sua dottrina, per la tutela di tante anime semplici o incaute, di cui quelle calunniose ingiurie potrebbero far vacillare la fede, essa ama anche i suoi detrattori, che pur sono suoi figli, e tutti invita, come Noi ora tutti v'invitiamo, o popolo di Roma, o popolo d'Italia, o popoli del mondo, alla unione, alla concordia, all'amore, ai pensieri e ai disegni di pace.

Che la grazia dell'Onnipotente Iddio, la protezione della purissima Vergine Maria, Madre del divino amore e *Salus populi romani*, riposino su di voi, mentre Noi con effusione di cuore impartiamo a tutti, presenti e lontani, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TUCUMANENSIS

DIOECESIS TUCUMANENSIS CAPITULUM CATHEDRALE ERIGITUR

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam maxime Nobis cordi est, pro pastoralis officii Nostri debito, coetus illos sacerdotum praecellentium in cathedralibus ecclesiis constituere, qui et Sacrorum Antistitibus consilio et opera iuxta iuris canonici praescripta praesto sint in regimine et administratione Ecclesiarum ipsis creditarum eisque adsistant in pontificalibus exercendis, quique, ad divini cultus splendorem in templis augendum, iugiter offerant *hostiam laudis semper Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini eius.* Lubenti itaque animo supplices Nobis oblatas preces excipiendas duximus venerabilis Fratris Augustini Barrère, Episcopi Tucumanensis, qui, ut Canonicorum Capitulum ad iuris tramitem in sua cathedrali ecclesia constituatur, enixe ab Apostolica Sede expostulavit. Suppleto igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant consensu, attento favorabili voto Nuntiaturae Apostolicae in Republica Argentina, omnibus mature perpensis ac certa scientia, de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, in cathedrali ecclesia Tucumanensi Canonicorum Capitulum erigimus et constituimus, quod sex constabit Dignitatibus, nempe Decano, Archidiacono, Archipresbytero, Cantore, Magistrali et Thesaurario, atque quatuor Canonicis, quorum, ad canonis 398 codicis iuris canonici normam, alter ad officium Theologi, alter ad Poenitentiarii officium deputabuntur. Quo autem Capitulo erecto et constituto, Consultores dioecesanos actu ibi existentes eo ipso a suo munere cessare declaramus. Praebenda canonicalis pro unoquoque Capitulari dos erit, quae a Reipublicae Argentinae Gubernio praestabitur. Quum vero in praesenti presbyteri in Dignitates et Canonicos eligendi aliis vacare muniis cogantur, indulgemus ut chorale servitium, quoadusque praesentes circumstantiae perduraverint, ad horas canonicas minores recitandas reducatur cum missa cantata dominicis diebus et aliis festis in capitularibus constitutionibus statuendis. Nobis insuper et apostolicae Sedi ad iuris tramitem collationem Dignitatum reservamus; Canonicorum vero nominatio, servatis de iure servandis, ad Episcopum

spectabit, dummodo beneficium pro illa vice reservationibus non sit obnoxium, de quibus in codicis iuris canonici canone 1435. Porro cum deceat eos, qui in Episcopi senatum adsciscuntur, quibusdam condecorari insignibus et privilegiis, statuimus ut Dignitates et Canonici rochetum et mozzetam violacei coloris intra fines dumtaxat suae dioecesis et in capitularibus functionibus adhibeant. Volumus insuper ut capitulares constitutiones ad iuris tramitem et iuxta quae supra a Nobis statuta sunt quam primum conficiatur, quas, ab Episcopo adprobatas ab omnibus Dignitatibus et Canonicis religiose adservari iubemus. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Episcopum Tucumanensem deputamus eique facultates ad id necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad Sacram Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi peractae exsecutionis actorum authenticum exemplar. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces exsistere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac declaramus, contrariis quibuslibet minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus derogamus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce praesentibus ostensis tribueretur. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, statuti, concessionis, derogationis, commissionis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die vicesima nona Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario

I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIV, n. 80. - Al. Trussardi.

II

EINSIEDLENSIS

ABBATIA « NULLIUS » EINSIEDLENSIS ITERUM RECOGNOSCITUR ET PRIVILEGIIS DONATUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Insignis Einsiedlensis vetustissimaque Ordinis S. Benedicti Abbatia *nullius*, quae in media ferme Helvetiorum regione extat, quaeque religionis observantia, pietatis nitore, animarum zelo, scientiarum, litterarum atque universim eximio bonarum artium cultu, per tot saeculorum decursum tanquam fulgens sidus resplenduit et in praesens adhuc feliciter spledescit, millenariis ab Ecclesiae Beatissimae Virginis ab Eremitis nuncupatae consecratione sollemniis, iure meritoque gaudio exultat, prout et Nos suavi animi delectatione laetamur. Quo vertente iubiiari anno, pergratum Nobis est eandem Abbatiam *nullius* — ad cuius Mariale Sanctuarium Nos Ipsi, praesertim quum sive in Germania Nuntii Apostolici, sive iam S. R. E. Cardinalis a Publicis Ecclesiae Negotiis munere fungeremur, pro Nostra erga Beatissimam Dei Genitricem Mariam devotione, pietate et affectu, pluries peregrinavimus — in peculiare Nostrae singularis benevolentiae signum, pro merito, augere et exornare. Quapropter oblatas Nobis preces lubenti animo excipientes, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia et Nostrae potestatis plenitudine Abbatiam *nullius* Einsiedlensem, a s. m. Dei Servo Pio Papa Decimo, Decessore Nostro, *Motu Proprio*, nonis Maiis, anno millesimo nongentesimo septimo edito, restitutam, Nos iterum iterumque recognoscimus cum suo territorio ab omni dioecesi separatam, prout sepibus seu muris exterioribus actu extantibus circumscribitur, cum Clero seu Monachis, et populo seu famulis scilicet nec non cuiuscumque generis christifidelibus ibi commorantibus vel quacumque de causa ibidem degentibus. Insuper, quo satius faciliusque consulatur ecclesiasticae eiusdem Abbatiae *nullius* administrationi, et quaevis removeatur dubitationis vel anxietatis causa, etsi Abbatia illa *nullius* minime constet tribus paroeciis, Abbati *nullius* pro tempore existenti omnia et singula in perpetuum tribuimus iura, potestates et privilegia eumque cunctis adstringimus oneribus, quae ad iuris communis normam Praelatos huius nominis respiciunt. Quapro-

pter expresse in casu derogamus praescripto canonis 319, § 2 codicis iuris canonici; ac proinde ut pro Abbatia *nullius* Einsiedlensi eiusdemque Antistite leges vigentis Codicis Iuris Canonici, congrua congruis referendo, applicari possint ac debeant volumus ac decernimus. Has igitur Nostras Litteras firmas, validas et efficaces semper esse ac fore suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere et illis ad quos spectat in omnibus plenissime suffragari volumus et statuimus. Volumus insuper ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae hisce praesentibus ostensis haberetur. Nulli ergo hominum hanc paginam Nostrae recognitionis, declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei ausu temerario contraire liceat. Si quis vero id attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, die tertiadecima Decembris mensis, Pontificatus Nostri anno nono.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
Decanus S. Collegii

Fr. RAPHAEL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

A. Carinci, Arch. tit. Seleuc., *Decanus Coll. Proton. Apost.*
L. Kaas, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIV, n. 87. - Al. Trussardi.

EPISTULA

AD EMIUM P. D. IOSEPHUM DIACONUM SANCTI EUSTACHII S. R. E. CARDINALEM BRUNO, ANNUM A SUSCEPTO SACERDOTIO QUINQUAGESIMUM FAUSTE CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Haud parva animi delectatione nuper cognovimus te propediem annum a suscepto sacerdotio quinquagesimum esse celebraturum. Eiusmodi profecto iucundi eventus commemoratio praeclaram affert Nobis opportunitatem tibi Nostram existimationem ac benevolentiam rursus declarandi iustamque laetitiam tuam tuorumque Nostra auctoritate cumulandi. Permulta sane eademque egregia exstant merita, quae erga Ecclesiam hac temporis

diuturnitate tibi comparasti. Ex quo enimvero excelso Dei ministerio ipse es mancipatus, solida pietate ac doctrina enutritus, sacro praesertim civilique iure percallens, in ipso iuventutis flore multifariam sollertemque ac frugiferam operam Romanae Curiae contulisti ac praecipue, minoribus officiis exactis, gravi a secretis munere per plures annos perfunctus es apud Sacram Congregationem Concilii, in Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos atque in Pontificia Academia Theologica Romana. Interea commentario Actorum Sanctae Sedis, tum Actorum Apostolicae Sedis moderabaris, Visitationes Apostolicas in pluribus Italiae dioecesibus peragebas, iuris disciplinam in Pontificio Athenaeo Lateranensi docebas atque adiutricem operam specialibus Sanctae Sedis Consiliis seu Commissionibus navabas. Testimonium vero peritiae industriaeque tuae illud exstat volumen, cui titulus *Codicis Iuris Canonici Interpretationes authenticae,* quodque iuris prudentibus aptissime prodest. Has quidem laudes Nosmet Ipsi plane perspectas hebentes, biennio ante in amplissimum Ecclesiae senatum libenti animo cooptavimus, tibique plura magni ponderis officia in ipsa Romana Curia concredidimus, quae quidem in praesens adsidue fructuoseque geris. Quapropter proximam istam faustitatem nacti, te gratulatione Nostra ac merita laude publice afficimus, natalemque sacerdotii tui quinquagesimum bonis secundisque ominibus ac votis plane prosequimur. Caelestium autem donorum solaciorumque nuntia et conciliatrix praecipuaeque Nostrae caritatis testis sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuisque familiaribus laborumque sociis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis Aprilis, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

SERMO

*Ad christifideles Romae coadunatos ad beatificationem Fratris Benildi celebrandam.**

En venant Nous exprimer la reconnaissance de tout votre Institut pour la glorification du Frère Benilde, vous Nous offrez à Nous-même, très chers fils, l'occasion de vous en dire Notre grande joie. C'en est une assurément que de saluer dans son triomphe un nouveau bienheureux ; mais c'en est une aussi, et très profonde, que de pouvoir le proposer sans

* Habita die 5 Aprilis mensis a. 1948.

réserve à votre étude et à votre imitation. Sans réserve, car, s'il est juste de louer les élus de Dieu, il est surtout utile de s'appliquer à entendre leurs leçons et à suivre leurs exemples. Or, une condition indispensable pour le faire avec fruit est de les étudier attentivement, chose que, trop souvent, on néglige, soit par simple oubli ou superficialité, soit par un sentiment de sa propre impuissance à reproduire des modèles de leur taille.

Devant le saint dont la vie est un tissu d'actes éclatants de vertus surhumaines, de pénitences horrifiantes et, en même temps, de faveurs célestes des plus rares, on demeure tellement ébloui que, dans cet éblouissement, alléguant l'impossibilité d'atteindre une si haute perfection, on se contente de répéter une fois de plus la formule devenue banale à force d'être commode, que les saints sont plutôt à admirer qu'à imiter. A l'inverse, devant le saint dont la vie se déroule toute unie, sans épisodes impressionnants, sans exploits retentissants, plusieurs restent déçus et on la juge trop terne pour valoir la peine d'y chercher des exemples à suivre.

Dans un cas comme dans l'autre, ce qui a échappé à l'examen, c'est précisément l'essentiel. Comme on foule aux pieds, dans l'herbe où elle se cache, la violette, sans la reconnaître à son parfum, on dédaigne le parfum discret d'une vie sans éclat; pas davantage on ne sait deviner, derrière le décor merveilleux d'une vie à grande allure, la réalité vivante, l'âme, pour s'efforcer non de copier les gestes, mais de vivre du même esprit, dont ces gestes furent animés.

Mieux peut-être que d'autres vies, celle de votre Frère Bénilde se manifeste-t-elle au premier coup d'œil admirable et imitable. Vie simple et uniforme, succession ininterrompue d'actions ordinaires dans un cadre plutôt modeste, non pas vie cachée, mais vie dépensée tout au grand jour, sous les yeux d'une population plus à même de comprendre et d'apprécier l'héroïsme du maître d'école que celui de la contemplative ou de l'étudiant.

Quel est donc le secret de la sainteté de ce Frère Bénilde? Un grand nombre de témoins ont défilé au procès de sa béatification, et la somme de leurs dépositions en des pages très simples montrerait surtout — en l'illustrant çà et là de quelques traits sans grand relief — l'exécution au jour le jour du programme tracé, par la règle et par la coutume, aux fils et disciples de saint Jean-Baptiste de La Salle. C'est un programme qui peut paraître bien restreint à qui ne lui accorde qu'un regard superficiel, bien mesquin à qui, ne voyant que l'aspect humain des choses, le compare à celui des grands conquérants apostoliques, à celui des grands contemplatifs et des grands pénitents. Telle qu'elle est, cette règle prend

l'homme tout entier, à tout instant, sans répit, sans même le soulagement de quelque variété dans l'abnégation et le sacrifice. Ce qui s'est fait hier, ce qui se fait aujourd'hui, se fera demain et de la même manière. Aucun évènement saillant n'y fait date et, n'était le front qui insensiblement grisonne, se découvre et se penche chaque jour un peu plus, rien ne dirait que les semaines, les mois, les années ont fait longue cette vie courageuse. Les témoins concordent dans l'impression qu'ils manifestent sur l'héroïcité des vertus telles qu'elles leur apparaissaient dans notre nouveau Bienheureux. « Je considère, disait l'un d'eux qui avait été jadis son élève, que l'héroïcité des vertus consiste non seulement à faire des actes extraordinaires, mais à accomplir son devoir sans se démentir jamais, et c'est à ce dernier titre que je pourrais appeler héroïques la vertu ou les vertus du Frère Bénilde ».[1] « Il ne s'est jamais démenti dans l'accomplissement de notre règle, qui est pourtant sévère, dit un autre, et en cela il a été héroïque ».[2] Mais lui-même a indiqué la vraie marque de sa sainteté, lorsqu'il disait, sans se douter qu'il faisait ainsi d'avance son propre panégyrique : « Pour être un saint, il n'y a pas chez nous grand'chose à faire : il n'y a qu'à observer la règle ».[3] La maladie même ne l'empêchait pas d'y être rigoureusement attaché et on le voyait alors « se traîner péniblement jusqu'à l'oratoire pour assister aux exercices. Il n'y a guère manqué que pendant sa dernière maladie ».[4] Et alors, et dans la mort même, il se montra passionnément fidèle. Il voulut renouveler ses vœux, bien résolu à être, disait-il, « régulier jusqu'à la fin ».[5] Prenant en main son livre des règles, il se met à pleurer, lui, le modèle des religieux, « de n'avoir pas assez bien observé cette sainte règle ».[6]

C'est encore un témoignage, et non le moins convaincant, peut-être, la crainte instinctive qu'éprouvaient certaines jeunes Frères d'aller vivre à Saugues, où il était Directeur.[7] Ils le connaissaient de réputation et lui-même, on le savait, disait : « Je ne suis pas digne d'être directeur, mais aussi longtemps que mes supérieurs me laisseront dans cet emploi, j'exigerai que la règle soit scrupuleusement observée ».[8] Ceux qui avaient fait l'expérience de son gouvernement exaltent son immense charité ; il

[1] Summ., n. VI, § 41.
[2] Ibid., § 52.
[3] Ibid., n. XII, § 28.
[4] Ibid., n. VI, §§ 9-10.
[5] Ibid., n. XVIII, § 50.
[6] Ibid., §§ 11-12.
[7] Ibid., n. XIII, § 45.
[8] Ibid., n. XIII, § 21.

s'appliquait à rendre le joug plus suave, mais pour rien au monde il ne l'eût desserré et cela pouvait faire peur à des débutants encore fragiles.[9] Ils étaient, au reste, fort probablement, bons religieux, mais enfin, on peut sans se dérober à la règle, sans la violer positivement, même de façon légère, la tourner adroitement, tout au moins s'arranger en sorte de n'en pas trop sentir l'étreinte. Il y a de la marge de la simple correction disciplinaire à la pratique exacte de la plus rigoureuse ponctualité, à l'exquise délicatesse des amants de la pauvreté, au renoncement total que suppose la dépendance absolue, à l'abnégation continuelle requise par l'exercice de cette vie commune, dans laquelle saint Jean Berchmans trouvait sa grande mortification : « Maxima mea paenitentia vita communis ». Il y a des degrés et, dans une vie sans grands incidents, sans occasions extraordinaires, c'est à ces degrés que se mesure la sainteté du religieux. Celle du Frère Bénilde s'élevait très haut.

L'esprit mondain, trop naturel, se trompe, lorsqu'il méconnaît l'héroïsme d'une vie cachée ; il se trompe, lorsqu'il s'imagine la vie, retirée dans la solitude et le silence de la contemplation ou de l'étude, comme une vie pieusement oisive de repos et de tranquillité. Certes, il ne peut plus conserver cette illusion en regardant notre Bienheureux. Toute simple qu'elle fût, sa vie se déroulait au jour le jour, sous les yeux et dans la fréquentation continuelle de nombreux témoins, les plus variés, dont plus d'un, avant de concourir à sa gloire en déposant dans le procès de béatification, avait contribué, durant sa vie d'ici-bas, à lui faire pratiquer les vertus héroïques qui l'ont fait saint. Elèves, familles, population de Saugues et de la région, autorités civiles et religieuses exerçaient sa patience, bien difficile humainement, quand il lui fallait, tout en la gardant douce et charitable, maintenir avec une indomptable fermeté et faire respecter les droits et les exigences de sa condition de religieux, d'instituteur et de directeur. Que d'avanies il eut à supporter, les plus humiliantes et les plus irritantes, dont les exemples se pressent en foule dans votre mémoire : un jour c'est pour soutenir l'autorité d'un de ses subordonnés, dont la juste sévérité a allumé la fureur d'un père trop enclin à voir dans son fils indiscipliné une innocente victime de la tyrannie pédagogique ;[10] un autre jour, c'est pour sauvegarder la régularité et le recueillement de sa communauté contre les importunes indiscrétions d'un voisin parmi les mesquines querelles de mur mitoyen.[11] Durant un temps plus long, il lui faut assurer, dans le maintien de la

[9] Summ., n. XV, § 24.
[10] Ibid., n. XIII, § 45.
[11] Ibid., §§ 9 et 46.

paix et de la concorde, les droits et les intérêts de son école tiraillée entre les rivalités, susceptibilités et divisions de partis, qui opposent entre eux les divers représentants de l'administration ecclésiastique et séculière. Les bonnes volontés mêmes le mettaient, par leur maladresse, en fâcheuse posture. Finalement sa bonté, ses vertus réussissaient à vaincre les hostilités, et ses pires adversaires devenaient ses meilleurs amis ; l'un d'eux, un des plus acharnés, mourut sereinement entre ses bras.[12] L'ensemble de la population ne pouvait manquer de sentir la salutaire influence de ce serviteur de Dieu.

Lorsque la justice et le devoir ne la forçait pas à se raidir dans la lutte, alors sa charité se donnait libre cours avec une souriante délicatesse. Il était attentif pour découvrir et soulager les nécessités des familles, surtout de ses élèves ; mais il y mettait tant de discrétion et d'ingéniosité, que les plus ombrageux n'auraient pu se sentir humiliés de recevoir ce qui perdait toute apparence d'aumône. Il faisait cadeau de livres et d'autres fournitures classiques ; il prenait soin des malades, surtout de ceux qui pouvaient provoquer quelque répugnance ; il les instruisait en leçons particulières.[13] Il aimait tant ses enfants ! Et pourtant quelle croix pesante ils mettaient sur ses épaules ! Le martyrologe fait connaître le supplice d'un maître d'école, qui eut d'autant plus à souffrir de la part des écoliers devenus ses bourreaux, que leurs coups impuissants prolongeaient d'autant plus ses tortures.[14] C'est un fait isolé, mais combien de maîtres ont à supporter durant des années, durant toute une longue vie religieuse, comme une sorte de martyre lent de la part d'enfants qui ne se doutent point qu'il font souffrir. Le Frère Bénilde a laissé échapper un mot, qui donne à entrevoir ce qu'il eut à endurer dans sa vie d'instituteur et de directeur : « Si nous n'avions pas la foi, notre profession serait bien pénible, les enfants sont difficiles, mais avec la foi comme tout change ».[15] Les enfants fussent-ils tous sages et bons, la consolation qu'ils donneraient ne les empêcherait pas d'être souvent fatigants par leur étourderie, leur espièglerie, leur difficulté parfois à comprendre les choses les plus simples. Et puis, à peine sont-ils dégrossis qu'ils quittent l'école ou passent en d'autres mains, oubliant leur maître, qui reprend patiemment sa tâche auprès d'une nouvelle génération, et ainsi d'année en année. Si ce n'était que cela, ce serait encore l'idéal ; mais, pour quelques sujets qui correspondent aux soins

[12] Summ., n. X, § 157.

[13] Ibid., n. X, §§ 47-49, 71-72, 99-103.

[14] Cfr. *Martyrol. Rom.*, Bruxellis, 1940, Aug. 13, n. 2; S. Cassiani mart.

[15] Ibid., n. VII § 52.

dont ils sont entourés, combien d'autres qui ne donnent que de la fatigue et de la peine et dont l'éducation ne se fait qu'à grosses gouttes de sueurs et de larmes !

Une si indéfectible constance dans la fidélité aux humbles devoirs de la vie quotidienne dans la pratique de toutes les vertus et dans toutes les occasions, ne peut être que l'épanouissement au dehors d'une vie intérieure profonde, vigoureuse, débordante de sève divine. Seuls sont capables d'en donner l'exemple avec l'inaltérable sérénité du bienheureux Bénilde ceux qui peuvent faire leur le mot de saint Paul : « Notre chez-nous est dans les cieux » : « Nostra conversatio in caelis est ».[16]

Occupé sans relâche au soin des Frères de sa communauté et de ses enfants, il était pourtant en union permanente avec Dieu ; on le rencontrait habituellement le chapelet en main et, sans effort, par un épanchement spontané de sa dévotion, il inspirait à tous l'amour de Jésus, de Marie et de Joseph.

Modèle admirable, mais modèle imitable pour tous, pour vous surtout, ses frères en religion. Que son intercession vous obtienne à tous une nouvelle infusion, toujours plus abondante, de l'esprit de votre Institut, tel que l'a conçu et établi votre saint Fondateur. Soyez les dignes fils de saint Jean-Baptiste de La Salle, les fervents émules du bienheureux Bénilde dans l'exercice de votre difficile, mais magnifique apostolat. Il sera également pour vous un protecteur puissant ; et non pas seulement pour vous, mais pour tous ceux, religieux et laïques qui, avec une abnégation digne de tout éloge, ont voué leur vie à l'éducation de la jeunesse. Sous son patronage, toutes ces admirables écoles catholiques, sur lesquelles a passé l'orage, ou dont l'existence est plus ou moins menacée ou rendue difficile verront, Nous en avons la ferme espérance, le soleil briller de nouveau sur elles et elles reprendront ou poursuivront, plus florissantes que jamais, leur tâche, sainte entre toutes, de fournir des citoyens exemplaires et utiles à la société, de vaillants serviteurs au Christ et à l'Eglise.

Et vous aussi, élèves et anciens des Frères, c'est avec une douce émotion que Nous vous voyons accourus si nombreux pour vous joindre dans la joie et la fierté de ces journées aux éducateurs de votre enfance et de votre adolescence. Nous y voyons une manifestation de plus de cet esprit de famille, qui a toujours fait l'honneur et la force de l'Institut des Ecoles Chrétiennes. Vous êtes venus de bien des nations ; combien d'autres sont ici de cœur ! Vous êtes venus de la France, patrie du bienheureux Bénilde et de son Père saint Jean-Baptiste de La Salle.

[16] *Phil.* 3, 20.

Estáis presentes también los peregrinos venidos de España, los hijos de ese pueblo, cuya fe y cuyo fervor se diría que el nuevo Beato ha mirado desde el cielo con predilección especial, premiándole con numerosas gracias, dos de las cuales son precisamente las que han servido para glorificarle, verificadas en las afortunadas personas de dos buenos Hermanos españoles.

Vuestro inquebrantable amor y vuestra adhesión ejemplar a Jesucristo y a su Iglesia son sin duda ninguna la mejor recompensa para aquellos — es decir, para los excelentes educadores, los Hermanos de las Escuelas Cristianas — que han contribuido a la formación de los espíritus y de los corazones de una juventud sana, pura y fuerte, dispuesta a dar testimonio de su propria fe hasta con el derramamiento de su sangre.

Y al lado vuestro, en santa y justa hermandad de apellidos, de lengua y de fe, saludamos igualmente a los peregrinos hispano-americanos, hijos también de jóvenes pueblos cristianos, esperanza de la civilización y de la Iglesia.

Finalmente il Nostro saluto si volge con particolare affetto a voi, diletti figli, alunni ed ex-alunni venuti da tutte le regioni d'Italia, ove l'albero piantato già in terra di Francia ha prodotto così forti virgulti e maturato così nobili frutti di virtù religiose e civili. Quale magnifico « libro d'oro » potrebbero formare i nomi di tanti buoni, fedeli e valorosi servitori di Dio, della patria e della umanità, di tanti cattolici saldi, fervorosi e ben istruiti nelle verità della fede, usciti dalle scuole elementari, tecniche e superiori dei « cari Fratelli », scuole ove, al pari di un tempio, entra l'onestà e il decoro, risplende il sapere e presiede quella religione, che, mentre sospinge e guida gli animi fervidi della gioventù sui diversi sentieri dell'azione, del lavoro, dello studio, dell'ardimento sociale, li innalza e li sublima in Dio.

Il nostro Beato aveva ben ragione quando affermava che la fede trasfigura e fa gradita e dolce una professione la quale per se stessa può essere non di rado penosa. Questo spirito di fede, attinto dalla regola del santo Fondatore, rendeva a lui l'insegnamento soprattutto catechistico così soave e pregevole, che, dopo averlo esercitato per lunghi anni con amorosa diligenza, continuò ad impartirlo, pur con respiro affannoso, ai fanciulli fin quasi al termine della sua santa vita.

Con tali sentimenti e con tali augurî, invochiamo su tutto il benemerito Istituto, sparso nelle cinque parti del mondo, le più elette grazie del Cielo, mentre di gran cuore impartiamo a quanti siete qui presenti, religiosi, alunni ed ex-alunni, come anche alle vostre famiglie e alle persone e cose che vi sono care, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 29 Maii 1947. — Cathedrali Ecclesiae Portus Veteris praefecit R. D. Nicanorem Carolum Gavilanes Chamorro, eiusdem dioecesis Administratorem Apostolicum.

die 29 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Baltimorensi Exc. P. D. Franciscum Keough, hactenus Episcopum Providentiensem.

— Archiepiscopali Ecclesiae Washingtonensi R. D. Patricium O'Boyle, Antistitem Urbanum et moderatorem Operum Charitatis archidioecesis Neo-Eboracensis.

— Cathedrali Ecclesiae Austiniensi, nuper erectae, R. D. Aloysium J. Reicher, Protonotarium Apostolicum ad instar et cancellarium dioecesis Galvestoniensis.

die 2 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Aliphanae Exc. P. D. Iosephum Della Cioppa, hactenus Episcopum titularem Tiberiensem et Praelatum Altamurensem et Aquavivensem.

die 5 Februarii 1948. — Cathedrali Ecclesiae Uxellensi et Terralbensi R. D. Antonium Tedde, Parochum ecclesiae S. Donati in civitate Sacceri.

die 7 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Matrisfontis, nuper erectae, R. D. Eduardum Douglas, parochum ecclesiae Sancti Antonii in civitate Glasguensi.

die 13 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Caetitensi R. D. Iosephum Terceiro de Souza, parochum in dioecesi Limoeirensi.

— Cathedrali Ecclesiae S. Caroli de Pinhal R. D. Rui Serra, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis.

die 21 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Caliensi Exc. P. D. Iulium Caicedo, hactenus Episcopum Barranquillensem.

die 28 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Pasletanae, nuper erectae, R. D. Iacobum Black, Vicarium Generalem metropolitanae Ecclesiae Glasguensis.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Gerardi Shaughnessy, Episcopi Seattlensis, Exc. P. D. Thomam Arthurum Connolly, Episcopum titularem Silensem, hactenus Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Ioseph Mitty, Archiepiscopi S. Francisci in California.

die 29 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Corumbensi R. D. Orlandum Chavez, e Societate S. Francisci Salesii.

die 6 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Prienensi R. D. Antonium de Castro Mayer, Canonicum Capituli Metropolitani S. Pauli in Brasilia, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Octaviani Pereira de Albuquerque, Episcopi Camposini.

die 13 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Desmoiensi R. P. D. Eduardum Coelestinum Daly, O. P.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sareptenae R. D. Ioannem Franciscum Dearden, moderatorem Seminarii dioecesis Clevelandensis, eumque constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Hugonis Caroli Boyle, Episcopi Pittsburgensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Iliensi R. D. Leonem J. Steck, parochum ecclesiae Sancti Gabrielis in urbe S. Ludovici, ipsumque deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Duane Garrison Hunt, Episcopi Lacus Salsi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ipsensi R. D. Leonem F. Fahey, parochum ecclesiae S. Cordis Iesu in urbe « Hattiesburg » dioecesis Natchetensis, eumque constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Ioseph Francisci McGrath, Episcopi Bakerensis.

die 20 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Nictheroyensi Exc. P. D. Ioannem de Matha de Andrade y Amaral, hactenus Episcopum Amazonensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bindaeae R. D. Coelestinum Fernández, canonicum Capituli cathedralis Zamorensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ianuarii Mendez y del Rio, Episcopi Huajuapamensis.

die 31 Martii. — Praelaturis *nullius,* aeque principaliter unitis, Altamurensi et Aquavivensi, Exc. P. D. Salvatorem Rotolo, Episcopum titularem Nazianzenum.

die 3 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Pesqueirensi R. D. Adelmum Machado Cavalcante, Canonicum Capituli metropolitani Maceiensis.

die 6 Aprilis. — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Interamnensi et Narniensi R. D. Ioannem Baptistam Dal Prà, Archipresbyterum-Parochum loci « Conselve » dioecesis Patavinae.

die 14 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Satalensi in Armenia Exc. P. D.Salvatorem Herrera y Pinto, hactenus Episcopum Puniensem.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

LUCEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI ANTONII MARIAE PUCCI, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS SERVORUM MARIAE, PAROCHI S. ANDREAE IN CIVITATE « VIAREGGIO ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

In actis, quae Ordinis Servorum Mariae originem enarrant, superna quaedam visio refertur, quam S. Petrum Ordinis Praedicatorum atque Inquisitorum Protomartyrem, habuisse tradunt. S. Martyr: Vidit montem excelsum floribus consitum, inter « quos eminebant septem lilia can- « didissima, quibus septem primi Patres significabantur. Vidit etiam, « secundum aliquos, Beatam Virginem sub chlamyde sua Servos suos « protegentem ».

Mons excelsus est Senarius mons, non longe a Florentina urbe, incliti Ordinis Servorum Mariae cunabula; flores autem, sicut septem lilia fundatores Patres, Ordinis huius Fratres et Sorores significant, qui vitae sanctitate, beatae Matris dolorum cultu animarumque zelo Dei Ecclesiam, veluti amoenum ac odorum viridarium decoraturi forent.

Visio haec quasi quaedam vaticinatio est habenda; nunquam enim huic Ordini tantae Matris patrocinium defuit, Ipsaque praestite, plures virtute eximios sodales protulit. Quos inter P. Antonius Maria Pucci merito est accensendus, uti mox vel breviter attingemus.

In oppidulo Poggiole prope « Vernio » intra Pistoriensis dioecesis fines, ex Augustino Pucci et Maria Oliva Macchi, honestis piisque coniugibus, secundus ex octo filiis, die 16 aprilis anno 1819, natus est puer, cui in baptismo, eodem die ei collato, Eustachii nomen fuit impositum. Anno 1823 sacro Chrismate fuit illitus; circa annum 1832 ad sacram synaxim fuit primitus admissus. Intra domesticos parietes pueritiam pie transegit.

Litterarum rudimenta a Parocho accepit, qui singularem eius pie-

tatem, propensumque studium in religiosum statum perpendens, ut ipsi ad hunc viam sterneret, prima latinae linguae principia eum docuit. Nec haec divinatio eum fefellit. Eustachius enim religiosam vitam revera amplecti maturavit; quumque magnam in beatam Virginem religionem foveret, Ordinem Servorum Mariae selegit; sed eius optationi parentes aliquantulum obstiterunt: verum non multo post, divino consilio acquiescentes, plene consenserunt.

Eustachius itaque die 10 Iulii anno 1837 ad domum Florentini tirocinii advolavit, sacrasque Ordinis vestes in Nativitatis Domini pervigilio induit, Eustachii nomine in Antonii Mariae mutato. Tempore statuto unanimi religiosorum suffragio ad sollemnia edenda vota admissus, haec die 30 Maii mensis anno 1843 nuncupavit. Philosophicis interim ac theologicis disciplinis diligentissime emensis, sacris est initiatus, dieque 24 Septembris anno eodem ad sacrum Presbyteratus ordinem Florentiae est promotus, primumque eucharisticum sacrificium, maximo animi fervore, in Basilica Ss. Virginis Annuntiatae celebravit.

Sacerdos factus, sequenti anno, parochi vices gerendi munus in Ecclesia S. Andreae, oppidi « Viareggio » Lucen. Archidioecesis ex obedientia suscepit, quod adeo laudabiliter exercuit, ut vix post triennium, Ecclesiae eiusdem parochus fuerit electus.

Commendatarum sibi ovium curam optimus parochus quam diligentissimam habebat. Divini verbi praedicatione, catechismi doctrina, paenitentiae sacramenti assidua administratione, intemerataeque vitae exemplo per novem supra quadraginta annos eas pavit. Omnibus omnia factus, egentibus, detractis quoque sibi vestibus, subvenire; consilia ac monita praebere, afflictos levare, contumelias iniuriasque condonare, inimicitias, simultates, odia compescere, pacem conciliare, vigilans pastor summopere studuit, atque ita ardenti zelo, sagacique industria animorum saluti indefesse providit. Graviter infirmis paterno amore assedit, usque dum Deo conciliati animam Ei redderent. Saeviente annis 1854-1856 asiatico morbo, nullam sibi concessit requiem, vitaeque periculo spreto diu noctuque ad animarum corporumque medelam hac pestilentia affectorum effusa sollicitaque caritate heroice allaboravit.

Virorum, mulierum adulescentiumque coetus constituit, S. Vincentii a Paulo conferentiam, quam vocant, nuper in civitate conditam promovit aliaque caritatis opera summa diligentia fovit.

Numquam verbo deliquit, quod tam rarum est, ut S. Iacobus de huiusmodi homine, Spiritu Sancto afflante, docuerit: *Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir* (Iac. III. 2). Animi demissione, paupertatis studio, ceterisque virtutibus, quas carnis mortificatione fer-

ventissimoque in Deum amore aluit, in exemplum eluxit. Pluries in die ante divinam Eucharistiam se prosternebat. Erga Ss. Virginem Perdolentem fervidissima religione ferebatur, cuius cultum omni industria inter fideles fovebat nec minori diligentia religiosorum sui Ordinis disciplinam curavit. Plures annos conventualis Prioris, per sexennium vero Provincialis munere est functus, sodalesque semper prudenter, suaviter ac fortiter, magno eorum spirituali emolumento, rexit.

Fidelis Servi sui virtutes pluribus Deus charismatibus, praesertim in sacrosancti sacrificii celebratione, decoravit: pluries enim sursum rapi, e terra elatus ambulare visus est: cordium scrutatione, gratia quoque curationum praeditum fuisse testes affirmant. Mirum itaque non est si sanctitatis fama vivens frueretur: quod iudicium non modo contubernales ac fideles, sed etiam Ecclesiae inimici tulerunt. Quae fama etiam post mortem, quam sancte die 12 Ianuarii mensis anno 1892 obivit, perduravit atque percrebuit.

Quare, hisce perpensis, Ordinaria auctoritate constructus est in Lucensi Curia processus super scriptis, sanctitatis et miraculorum fama, nec non super obedientia Urbanianis decretis, liturgicum cultum Servis Dei prohibentibus. Eadem auctoritate duo rogatoriales inquisitiones cum Senis, tum Romae sunt peractae ab anno 1922 ad annum 1924. Anno 1930 Sacra haec Congregatio favorabile super scriptis edidit decretum: biennio post Pius Papa XI fel. rec. commissionem Introductionis causae Sua manu subsignavit. Apostolicis deinceps Inquisitionibus in eadem Lucensi Curia ab anno 1936 ad annum 1938 peractis, earum omnium iuridicus valor anno 1941 fuit decreto recognitus. Hisce praeiactis, de Servi Dei heroicis virtutibus coepit pertractari, et primo coram Cardinali Carolo Salotti, quem nuper Dominus ad Se vocavit, in Antepraeparatorio Sacrae huius Congregationis coetu, die 5 Decembris anno 1944 habito, postea in Praeparatorio coram Revmis Cardinalibus, die 12 Februarii a. 1946, demum in Generali coram Ssmo D. N. Pio Papa XII in Apostolico palatio apud Arcem Gandulphi, die 25 Novembris a. 1947, in quo Revmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Beatissimus Pater Revmorum Cardinalium, Officialium Praelatorum patrumque Consultorum suffragia attento animo auscultavit; verum sententiam edere ad hunc usque diem distulit, ne rem tanti momenti praepropere festinaret, ferventibus interim precibus a Deo lumen petiturus.

Accitis itaque Revñis Cardinalibus Alexandro Verde, Causae Ponente atque infrascripto S. R. C. Praefecto, nec non R. P. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali meque Secretario, Eucharistica Hostia religiosissime litata, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Servi Dei* Antonii Mariae Pucci *in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum rite promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 18 Ianuarii 1948, in festo Cathedrae S. Petri.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

II

BURDIGALEN.

CANONIZATIONIS B. IOANNAE DE LESTONNAC, VIDUAE, FUNDATRICIS ORDINIS FILIARUM B. MARIAE VIRGINIS.

SUPER DUBIO

An et quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Insignis in omnium virtutum exercitio Ioanna de Lestonnac, virgo, coniux, vidua ac religiosi ordinis saeculis XVI-XVII fundatrix adeo evasit ut, accedente non humano tantum sed etiam divino miraculorum testimonio, a Leone Papa XIII fel. rec. anno 1900 Beatarum fastis accenseri digna habita fuerit. Nec eius gloriae satis. Quinque enim post annos, Canonizationis causa Pii X s. m. auctoritate fuit resumpta, quumque nova miracula contigisse ferrentur, duae prae ceteris selectae sunt sanationes, quae praeter naturae vires visae sunt contigisse; super quibus in Gerundensi ac Ruthenensi Curiis apostolicae inquisitiones sunt peractae.

De iuridica vi Gerundensis processus super Sororis Mariae de Monte Carmelo sanatione, qui prior Sacrae huic Congregationi fuit exhibitus, favorabile decretum die 12 Decembris anno 1923 editum est. Simile decretum die 30 Iulii a. 1944 pro validitate Ruthenensis processus super sanatione Sororis Adelis Palombo fuit pariter editum.

In tuto posita iuridica utriusque inquisitionis vi, progressio de more

facta est ad inquirendum utrum hae duae sanationes divinae actioni, praeter naturae ordinem, tribuendae forent necne.

I. Soror Maria de Monte Carmelo Gay y Coll e Filiabus B. Mariae Virginis, quod Institutum a B. Ioanna fuit conditum, in oppido Calella intra Gerundensis dioecesis fines commorans, Aprili mense a. 1920, ab inoperabili cancro in abdomine attacta inventa fuit: qui morbus a tribus medentibus omnino incurabilis fuit edictus. Atrocibus doloribus cruciabatur infirma, cuius vires Novembri mense ineunte praecipitanter diffluebant. Die sexta mensis huius novendiales preces a cuncta religiosa familia ad eius sanationem, beatae Ioannae intercessione, obtinendam, inceptae sunt. Die 11, matutinis horis, sacrosancto Christi corpore suscepto, infirma placide obdormivit. E somno expergefacta, viribus plene recuperatis, ceterisque morbi symptomatis remissis, perfecte sanatam se sentit, e lecto surgit, e cubiculo egreditur, sequenti die communibus cibis vescitur, pristina officia resumit, quasi nunquam aegra fuisset bonaque exinde valetudine fruita est, uti tres a cura medici testantur, nec non duo periti physici a sacro tribunali Gerundensi adlecti. Praeter naturae vires sanationem contigisse cum medentes tum officiales periti asseverant.

II. Soror Adeles Palombo et ipsa ex eodem Instituto, natione itala, sed in loco « Tournemire » Ruthenen. dioecesis commorans, gravissima otite purulenta media fuerat prius affecta, a qua anno 1939, Decembri mense ineunte, aliquatenus tantum, chirurgici ferri ope, convaluit. Verum sequenti anno reviviscens morbus in labyrinthitem purulentam, quae chronica facta est, adeo vehementer versus est, ut medicorum iudicio nulla sanationis spes affulgeret. Iteratae sectioni noluit infirma subici, mori potius parata. Die 23 Aprilis a. 1941 cuncta Sororum familia, novendiales preces effundere incipit pro obtinenda infirmae sanatione, solius B. Ioannae benigno interventu. Die 1 Maii de mane morbus acriter saeviebat; circa meridiem infirma, manu Beatae reliquias comprimens, leniter obdormiscit. Tunc, uti sanata deponit, quasi manum caput tangentem sentit, vocemque tam claram audit dicentem: Surge, sanata es, ut, plene omnino expergefacta, caput volveret ut unde vox provenisset exquireret, sed neminem vidit. Plene sanatam Soror Adeles se sentit, nullo praeteriti morbi permanente signo nec postea revirente, uti medentes, peritique physici post unum annum testati sunt. Praeter naturae vires sanationem hanc Deum operatum fuisse non modo tres periti a Sacra hac Congregatione acciti, iudicant, sed et ipsi medentes.

De priori Mariae a Monte Carmelo sanatione, apud Revmum Cardinalem Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopum Ostien-

sem et Albanensem, die 7 Augusti 1928, de altera vero, Adelis Palombo, die 29 Octobris a. 1946, in Antepraeparatoria Congregatione actum est; de utraque in Praeparatoria die 8 Iulii a. 1947; demum in Generali coram Ssmo D. N. die 17 antecedentis mensis, in qua infrascriptus Cardinalis, Causae huius Ponens seu Relator, desideratissimo Cardinali Granito Pignatelli di Belmone suffectus, dubium posuit discutiendum: *An et de quibus miraculis post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum protulere suffragium, quod Beatissimus Pater attente auscultavit. Suam vero edere sententiam ad hunc usque diem, gloriosissimo Deiparae Sponso dicatum, distulit, ut, ingeminatis precibus, Sua mens divino lumine illustraretur.

Quocirca eumdem Cardinalem, R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem, meque Secretarium advocavit, divinoque sacrificio pientissime litato edixit: *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum Sororis Mariae de Monte Carmelo a cancro in abdomine, tum Sororis Adelis Palombo a gravissima labyrinthite purulenta chronica sinistra.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 19 Martii, festo S. Ioseph Conf., a. D. 1948.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Praefectus.*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

HIBERNICUM COLLEGIUM IN URBE « PONTIFICIO » TITULO DECORATUR

Fidelissima Hibernorum gens, — quae, a divo Patritio Romani Pontificis Sancti Celestini Pp. I legato Christi lumine collustrata, Catholicam Ecclesiam constantissima observantia perpetuo coluit, — cum,

saeculo XVI vertente, acerbissimis ab externis haereticis concuteretur angustiis, optimos filios Romam mittebat, qui ad sacrum Sacerdotium exercendum se rite praepararent.

Summi Pontifices Gregorius XIII, Gregorius XV atque Paulus V maximam sollicitudinem in id impenderunt, ut apta domus catholicae hibernicae iuventae in sortem Domini vocatae in Urbe panderetur. Quorum assiduis curis factum est ut anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octavo Ecclesiasticum Collegium Hibernicum Romae feliciter dedicaretur. Postquam initia prospere cesserint, moderante in primis praeclarissimo viro Luca Wadding O. F. M., sacrum hoc ephebeum uberiores in dies fructus in Dei gloriam salutemque animarum duobus prope saeculis afferebat.

Grassantibus tamen seditiosorum perturbationibus, triginta annos Hibernicum Collegium eversum iacuit, usquedum paterna liberalitate Summus Pontifex Leo XII, omnibus Archiepiscopis et Episcopis Hiberniae flagitantibus, pium Institutum ad vitam revocavit atque amplissimo Brevi d. 17 m. Ianuarii a. D. 1828 novis privilegiis cumulavit.

Faustis his auspiciis, centum hos viginti annos Hibernorum clericorum in Urbe Collegium, Sede Apostolica favente atque Hiberniae Praesulibus sedulo curantibus, plenius floruit. Plures hodie insigni hoc Collegio excipiuntur selecti ex Hiberniae dioecesibus clerici, virtutum ingeniique laude praestantes, ab Episcopis suis missi ut penes veneranda Apostolorum Principum Sepulchra, in ipso veritatis centro, ad probatissimae disciplinae solidaeque pietatis consuetudinem informati, in ecclesiastica studia incumbant.

Quamobrem, in signum singularis suae benevolentiae, Augustus Pontifex fel. regn. Pius div. Prov. Pp. XII, supremum fastigium operi imponere volens, Collegium Hibernicum in Urbe per hanc Sacram Congregationem nomine et titulo *Pontificio* decorat, eidemque iura omnia et privilegia confert quae huic titulo adnexa sunt.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Callisti, d. XXV m. Ianuarii, in Conversione Sancti Pauli Ap., a. D. MCMXLVIII.

I. Card. PIZZARDO, *Praefectus*

L. ✠ S.

† I. Rossino, Archiep. Thessalonicen., *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

ATUREN. ET AQUEN.

NULLITATIS MATRIMONII (BOULART - DE MONTAIGU)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Philippi De Montaigu, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 15 Iulii 1948, hora decima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Philippi De Montaigu curare debent ut de hac citatione ipse moneatur.*

Albertus Canestri, *Ponens*.

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 31 Martii 1948.

Hugo Felice, *Notarius*.

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Philippe De Montaigu, défendeur en cette cause, nous le citons a comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 15 juillet 1948, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.**

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Philippe de Montaigu devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

VICARIATUS APOST. DE OSLO

NULLITATIS MATRIMONII (FRAENKEL-HERMANSEN)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dominae Paulinae Hermansen, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 16 Iulii 1948, hora duodecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Dominae Paulinae Hermansen, curare debent ut de hac citatione ipsa moneatur.*

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 2 Aprilis 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Pauline Hermansen, defenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 16 juillet 1948, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Pauline Hermansen devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

NEO-EBORACEN.

NULLITATIS MATRIMONII (HESSEK-MURPHY)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñi Iosephi Murphy Doherty, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, Palazzo della Cancelleria) die 4 Augusti 1948, hora duodecima, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de nullitate matrimonii in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Dñi Iosephi Murphy Doherty, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Arcturus Wynen, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Aprilis 1948.

Hugo Felice, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Joseph Murphy Doherty, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 4 août 1948, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Joseph Murphy Doherty devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 2 marzo 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi han discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Giuseppina Rossello, fondatrice delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia, e che vengono proposti per la sua solenne canonizzazione.

Martedì, 16 marzo 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali han discusso:

a) sul non culto dei seguenti Servi di Dio:

1. Emanuele Domingo y Sol, sacerdote, fondatore della Congregazione degli Operai diocesani. 2. Matteo Talbot, operaio. 3. Mercede di Gesù Molina, fondatrice delle Suore della Beata Maria Anna di Gesù. 4. Francesca Streitel, fondatrice della Congregazione delle Suore dell'Addolorata.

b) sulla validità dei processi dei seguenti Servi di Dio:

1. Margarita Bourgeoys, fondatrice della Congregazione delle Suore di Nostra Signora. 2. Anna di Gesù De Paredes. 3. Maria del Divin Cuore (Droste zu Viscering), della Congregazione di Nostra Signora della Carità del Buon Pastore.

Martedì, 13 aprile 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, han discusso su due miracoli che si asseriscono operati ad intercessione della Beata Bartolomea Capitanio, vergine, fondatrice dell'Istituto delle Suore di Carità.

Martedì, 27 aprile 1948, nel Palazzo Apostolico Vaticano, all'augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi, hanno dato il loro voto:

I. Sul *tuto* per la canonizzazione della Beata Giovanna di Lestonnac, fondatrice dell'Ordine delle Figlie della Beata Maria Vergine.

II. Sui miracoli della Beata Vincenza Gerosa, vergine, confondatrice delle Suore della Carità.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 dicembre 1946. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tisserant Eugenio, *Protettore delle Petites Sœurs des Malades* (Cantal).

5 aprile 1947. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Società di San Vincenzo de' Paoli per le Conferenze Maschili.*

2 maggio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Suore Orsoline di S. Carlo a S. Ambrogio* (Milano).

29 giugno » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Società Femminile di San Vincenzo de' Paoli.*

21 settembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Tedeschini Federico, *Protettore delle Suore di S. Caterina da Siena del Terz'Ordine di S. Domenico* (Evreux).

15 ottobre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Suore Domenicane di Newcastle* (Westminster).

10 novembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore di Nostra Signora* (Namur).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore dell'Ordine dei Frati Minori e delle Clarisse da esso dipendenti* (Roma).

» dicembre » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, *Protettore delle Suore del Divino Pastore* (Messico).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Trinitarie Scalze* (Valenza).

12 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Protettore delle Suore Compassioniste Serve di Maria* (Castellammare di Stabia).

30 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore dei Sacerdoti del Ssmo Sacramento* (Roma).

2 gennaio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Pizzardo Giuseppe, *Protettore della Arciconfraternita di S. Maria della Pietà e del Collegio Teutonico di S. Maria al Campo Santo* (Roma).

15 gennaio 1948. L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Mercedarie della Carità* (Madrid).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, *Protettore degli Eremitani di Sant'Agostino* (Roma).

20 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Marchetti Selvaggiani Francesco, *Protettore delle Suore Missionarie Francescane dell'Immacolata Concezione* (Roma).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Povere Figlie di Maria Ssma Incoronata* (Mantova).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore delle Figlie del S. Cuore di Gesù* (Bergamo).

8 febbraio » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore delle Poverelle* (Bergamo).

10 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Aloisi Masella Benedetto, *Protettore della Società Salesiana di San Giovanni Bosco* (Torino).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Bruno Giuseppe, *Protettore delle Figlie di Maria Missionarie* (Apuania).

24 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore dell'Istituto di Sant'Anna della Provvidenza* (Torino).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore della Congregazione dei Servi della Carità* (Como).

27 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Canali Nicola, *Protettore delle Suore Terziarie Francescane Elisabettine* (Padova).

28 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Micara Clemente, *Protettore delle Suore Trinitarie* (Valence).

25 marzo » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Lavitrano Luigi, *Protettore della Società delle Divine Vocazioni* (Pozzuoli).

10 aprile » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Fossati Maurilio, *Protettore delle Suore di N. S. della Provvidenza dette Benedettine di Ronco Scrivia* (Genova).

» » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Fumasoni Biondi Pietro, *Protettore delle Suore di S. Giuseppe di Orange* (Los Angeles).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11 febbraio 1947. Al sig. Pecker Giuseppe, dell'archidiocesi di Malines.
3 marzo » Al sig. Gilbert Maurizio, della diocesi di Tournai.
25 maggio » Al sig. Fumarola Angelo, della diocesi di Gallipoli.
» » » Al sig. Van Melle Alfredo, dell'archidiocesi di Malines.
24 settembre » Al sig. Brenninkmeyer Arnaldo L., della diocesi di Haarlem.
1 novembre » Al sig. Estrada y Aubel Giuseppe W. (Spagna).
7 » » Al sig. Bacchon Eugenio, del patriarcato di Venezia.
27 » » Al sig. Fauvel Pietro, della diocesi di Angers.
» » » Al sig. Barenghi Vincenzo, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Zanardi Prosperi Gabriele (Roma).
15 dicembre » Al sig. Younan Antonio, del patriarcato di Alessandria dei copti.
» » » Al sig. Riad Yassa, della diocesi di Tebe.
» » » Al sig. Benanti Francesco, del vicariato apostolico di Tripoli.
23 » » A S. E. Bonetti Burgos Giuseppe M. (S. Domingo).
10 gennaio 1948. Al sig. Roveda Giovanni, dell'archidiocesi di Milano.
23 febbraio » Al sig. Birchler Lino, della diocesi di Coira.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11 febbraio 1947. Al sig. De Hasque Maurizio, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Jacobs Giulio, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Luyck Ugo, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Van Dieren Vincenzo, della medesima archidiocesi.
13 maggio » Al sig. Lenaerts Armando, della medesima archidiocesi.
25 » » Al sig. Olaguivel y Solis Eleno, della diocesi di Lipa.
» » » Al sig. Raymundo Riccardo, della medesima diocesi.
30 giugno » Al sig. Boccardo Giovanni Battista, dell'archidiocesi di Genova.
7 agosto » Al sig. Barra Vittorio, dell'archidiocesi di Buenos Aires.
24 settembre » Al sig. Misquita Emanuele (Karachi).
» » » Al sig. Van der Pol Cornelio Andrea, della diocesi di s'Hertogenbosch.
» » » Al sig. Doyle Michele Francesco, dell'archidiocesi di Philadelphia.

30 settembre 1947. Al sig. Moors Cornelio, della diocesi di Breda.
» » » Al sig. Ficarra Bernardo, della diocesi di Brooklyn.
» » » Al sig. Mettrop Bernardo, della diocesi di s'Hertogenbosch.
10 ottobre » Al sig. Groen Azu Giacomo, della diocesi di Haarlem.
7 novembre » Al sig. Battagel Attilio, del patriarcato di Venezia.
24 » » Al sig. Carnevale Bartolo, della diocesi di Lipari.
27 » » Al sig. Barse Daniele, della diocesi di Camden.
» » » Al sig. Boyle Guglielmo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Courtney Patrizio, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Robinson Glendon, della medesima diocesi.
15 dicembre » Al sig. Riad Ghali Boghos, del patriarcato di Alessandria dei copti.
» » » Al sig. Purnett Cutberto Osvaldo, dell'archidiocesi di Cardiff.
» » » Al sig. Bascarol Giovanni, dell'archidiocesi di Gorizia.
22 gennaio 1948. Al sig. Vidal Leone, dell'archidiocesi di Tolosa.

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 maggio 1947. Al sig. Vranken Fernando, dell'archidiocesi di Malines.
24 giugno » Al sig. Santambrogio Giuseppe Ambrogio, dell'archidiocesi di Milano.
7 agosto » Al sig. Serra Melchiorre, dell'archidioc. di Buenos Aires.
10 ottobre » Al sig. Finsterer Giovanni, dell'archidiocesi di Vienna.
7 novembre » Al sig. Caputo Lorenzo, della diocesi di Brooklyn.
» » » Al sig. Bisceglie Nicola, della diocesi di Crotone.
» » » Al sig. Maggi Mario, dell'archidiocesi di Firenze.
» » » Al sig. Torricelli Andrea, della medesima archidiocesi.
27 » » Al sig. Lapecorella Nicola, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Al sig. Mazzoni Lamberto (Firenze).
» » » Al sig. Conte Antonio (Roma).
» » » Al sig. D'Amico Alfonso (Roma).
15 dicembre » Al sig. Molella Valerio, della diocesi di Alatri.
» » » Al sig. Colangelo Edoardo, dell'archidiocesi di Bari.
» » » Al sig. Ranieri Giuseppe, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Meyer-Schnyder von Wartense Jost, della diocesi di Basilea e Lugano.
» » » Al sig. Costa Giacomo, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Al sig. Rebonati Antonio, della diocesi di Padova.
19 » » Al sig. Re Marco, della diocesi di Alessandria.
» » » Al sig. Romano Giovanni Batt., della diocesi di Caserta.
» » » Al sig. Virno Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Di Costanzo Giuseppe (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 maggio 1947. Al sig. Pastor y Ano Giovanni, della diocesi di Lipa.
» » » Al sig. Rosales y Di Cay Goffredo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Zenarosa y Peñalosa Fernando, della medesima diocesi.
» » » Al sig. De Coninck Armando, dell'archidiocesi di Malines.
24 luglio » Al sig. Bianchi Fulvio, della diocesi di Apuania.
24 settembre » Al sig. Andrissen Guglielmo G., dell'archidiocesi di Utrecht.
10 ottobre » Al sig. Verklcy Areud, della diocesi di Haarlem.
7 novembre » Al sig. Bartali Gino, dell'archidiocesi di Firenze.
» » » Al sig. Bogomelli Adolfo, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Lianza Carlo, della diocesi di Sessa Aurunca.
» » » Al sig. Scrocca Pasquale, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Paschetta Bartolo, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Al sig. Girardi Marcello, della diocesi di Treviso.
19 » » Al sig. Ciampi Bonaventura (Roma).
» » » Al sig. Di Benedetto Antonio (Roma).
» » » Al sig. Casillo Francesco, della diocesi di San Severo.
27 » » Al sig. Ghezzi Adriano, dell'archidiocesi di Firenze.
» » » Al sig. Richiello Luigi (Roma).

NECROLOGIO

6 marzo 1948. Monsig. Casabona Amedeo, Arcivescovo Vescovo di Chiavari.
10 » » Monsig. Verriet Pietro Giovanni Uberto, Vescovo tit. di Eleuterna, Vicario Apostolico di Curaçao.
11 » » Monsig. Lawler Giovanni Geremia, Vescovo di Rapid City.
» » » Monsig. Challiol Carlo, Vescovo di Rodez.
15 » » Monsig. Muñiz Pablos Tommaso, Arcivescovo di San Giacomo di Compostella.
29 » » Monsig. Rossi Antonio Anastasio, Patriarca di Costantinopoli, Prelato della Prelatura della B. V. Maria del Rosario in Pompei.
5 aprile » Monsig. Grassi Luigi Maria, Vescovo di Alba.
» » » Monsig. Plante Audomaro, Vescovo tit. di Dobero,

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XL. n. 4 - 27 Aprilis 1948)

ACTA PII PP. XII

ALLOCUTIO

PAG.

Ad populum Urbis in die Paschatis Resurrectionis D. N. I. C. - 28 Martii 1948 137

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. *Tucumanensis.* - Dioecesis Tucumanensis Capitulum Cathedrale erigitur. - 29 Novembris 1947 140

II. *Einsiedlensis.* - Abbatia *nullius* Einsiedlensis iterum recognoscitur et privilegiis donatur. - 13 Decembris 1947 142

EPISTULA

Haud parva animi. - Ad Emum P. D. Iosephum Diaconum Sancti Eustachii S. R. E. Cardinalem Bruno, annum a suscepto sacerdotio quinquagesimum fauste celebraturum. - 4 Aprilis 1948 143

SERMO

Ad christifideles Romae coadunatos ad beatificationem Fratris Benildi celebrandam. - 5 Aprilis 1948 144

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 151

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Lucen.* - Decretum de virtutibus pro beatificatione Ven. Servi Dei Antonii Mariae Pucci, sacerdotis professi Ordinis Servorum Mariae, parochi S. Andreae in civitate « Viareggio ». - 18 Ianuarii 1948 153

II. *Burdigalen.* - Decretum de miraculis pro canonizatione B. Ioannae de Lestonnac, viduae, fundatricis Ordinis Filiarum B. Mariae Virginis. - 19 Martii 1948 156

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Decretum. Hibernicum Collegium in Urbe « Pontificio » titulo decoratur. - 25 Ianuarii 1948 158

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales:

I. *Aturen. et Aquen.* - Nullitatis matrimonii (Boulart - de Montaigu). - 31 Martii 1948 160

II. *Vicariatus Apost. de Oslo.* - Nullitatis matrimonii (Fraenkel - Hermansen). - 2 Aprilis 1948 161

III. *Neo-Eboracen.* - Nullitatis matrimonii (Hessek - Murphy). - 12 Aprilis 1948 162

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . . 163

Segreteria di Stato: *Nomine e Onorificenze* 164

Necrologio 168

Appena uscito:

CODEX IURIS CANONICI

PII X PONTIFICIS MAXIMI

IUSSU DIGESTUS

BENEDICTI PAPAE XV

AUCTORITATE PROMULGATUS

Praefatione, fontium annotatione et indice analitico-alphabetico ab Emo PETRO CARD. GASPARRI auctus

Vol. in-12° di pp. 376 in brossura L. 1000 (estero $ 2.50), legato tutta tela L. 1300 (estero $ 3)

In hac editione primum ratio habetur Apostolicae Constitutionis Pii Pp. XII DE SEDE APOSTOLICA VACANTE ET DE ROMANI PONTIFICIS ELECTIONE, anno 1945 datae.

Venit Romae apud

Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

CITTÀ DEL VATICANO

"ANNALI LATERANENSI„

A PONTIFICIO MUSEO MISSION. - ETHNOLOGICO EDITI

«Annales Lateranenses» sunt commentarium officiale Pontificii Musei Mission.-Ethnologici. Etenim ea omnia, quae hoc in Museo adservantur, apte illustrant in suaque luce ponunt. Praeterea, dum mentes studiosorum omnium ad hoc Institutum convertunt, ad eas promovendas disciplinas summopere conferunt, quae peculiari Missionalium culturae et studio utiles ac prorsus necessariae sunt; scilicet incrementa provehunt Ethnologiae, Religionum historiae, Missionologiae ceterarumque eiusmodi disciplinarum.

Norunt autem omnes quantum «Annales Lateranenses» valeant in scientiarum campo, et quanta in aestimatione ab omnibus habeantur. Voluminum moles quotannis aucta fuit, eorumque paginae largioribus aptioribusque documentis ditatae fuere. Neque neglectum est ceteras ephemerides ceterosque commentarios recensere, bibliographicas notitias tradere, atque indices analyticos ponere, qui ad res facilius exquirendas valde opportuni evadant. Scripta praecipuis Europae linguis exarata sunt.

Haec igitur opera ut quibusvis disciplinarum studiosis utilia sunt, ita peculiari modo Missionalibus atque Institutorum bibliothecis necessaria videntur.

ELENCHUS AUCTORUM AC RERUM, DE QUIBUS IN PRIMIS DECEM VOLUMINIBUS AGITUR:

ARNDT P., Dua Nggae, das Höchste Wesen im Lio-Gebiet *(Mittel-Flores)*; ARNDT P., Der Kult der Lionescu; ASTORRI C., Note sulle monete Pan Leang delle Dinastie Ts'in e Han Anteriori; BUGEAU F., Les Wakikouyous et la guerre; BOUCHERIE N., Us et coutumes chinois; CADIÈRE L., Puériculture magique en Annam; CALLEGARI G. V., La civiltà degli antichi Cibèa; CAVAZZA F., Intorno alla origine della umana sociabilità; CHAMPAGNE E., Traits de la vie païenne dans la Préfecture apostolique de Navrongo; COOPER J., The religion of Gros Ventres of Montana; DALLA TORRE P., Le plastiche a soggetto indigeno nordamericano del Pettrich nel Pont. Museo Miss. Etnologico; DE LUCHON P., Le mariage chez les Gouroghés; DE SANCTIS R., Il Galda Tädëwos di Dabra Bärvärwä; DOLS J., Fêtes et usages pendant le courant d'une année dans la province de Kan-sou *(Chine)*; DUBOIS H., Le fait central des funérailles au Betsileo *(Madagascar)*; ERCOLE P., Dall'Esposizione Missionaria al Museo Missionario Etnologico del Laterano; FERRARI A., Il Compendio delle Perfezioni di Aryosura; FINN J., Cult-Objects from Aberdeen *(Hong Kong, China)* in the Lateran Museum; GROTTANELLI L., Acconciature e vestiario dei Koma al confine etiopico-sudanese; HAILE B., Soul concept of the Navaho; HÖLTKER G., Ethnographica aus Neuguinea; HÖLTKER G., Un crocifisso del Rio Sepik *(Nuova Guinea)*; HÖLTKER G., Die Mambu-Bewegung in Neuguinea, ein Beitrag zum Prophetentum in Melanesien; KOPPERS W., Monuments to the dead of the Bhils and other Primitive Tribes in Central Iudia; LAYDEVANT F., Initiation du Médecin-Sorcier en Basutoland; LAYDEVANT R. P., Les plantes et l'Etnographie en Basutoland; MAARSCHALKERWEERD P., Plastiche cristiane delle terre di missione nel Pontificio Museo Missionario Etnologico; MAARSCHALKERWEERD P., Pitture cristiane delle terre di missione nel Pont. Museo Missionario Etnologico; MAARSCHALKERWEERD P., Un ignorato missionario degli araucani nel sec. XIX: il P. R. Poggi; MALANDRA A., Tradizioni storiche di alcuni gruppi della Tribù Acioli; MAREGA M., Memorie cristiane della Regione di Oita *(Giappone)*; MAZZINI G., A proposito di un caso singolare di siderurgia incaica; MEYER H., Das Parakwesen in Glauben und Kult bei den Enigeborenen auber Nordostküste Neuguineas; MIRAGLIA L., Gli Avà, i Guayaki ed i Tobas *(Indigeni del Paraguay e regioni limitrofe)*; MORENO M., Mistica mussulmana e mistica indiana; MÜLLER F., Kommentar zur Sammlung einiger archäologischer Gegenstände aus Nord-West-Argentinien im Lateranmuseum; NEGRI A., Alcuni tratti caratteristici della religione e della magia presso la tribù nilotica degli Acioli; O'REILLY P., Description sommaire d'une collection d'objets ethnographiques de l'île de Bougainville *(groupe des iles Salomon)*; REITZ K., Totenriten des Shintô; Rosso G., Il contributo di un missionario gesuita italiano alla conoscenza della geografia e dell'etnologia del Sud-America *(1693)*; SANTANDREA S., Il gruppo Ndogo del Bahr-El-Ghazal *(Africa equatoriale)*; SANTANDREA S., The Luo the Bahr el Ghazal; SCHMIDT W., Die Religion der Galla; SCHULIEN M., Elementi non autoctoni nell'ideologia religiosa di Roma antica; SCHULIEN M., Un caso singolare di siderurgia incaica; SCHUMACHER P., Das Lehnwesen in Ruanda; VALENTINI C., La famiglia nel diritto tradizionale albanese; VANOVERBERGH M., Iloko Weaving Dictionary; VINCO A., Relazione delle sue esplorazioni sull'alto Nilo *(1849-53)*; WORMS E., Die Feier im Australischen Wimberley; WORMS E., Die Initiationsfeiern einiger Küsten- und Binnenlandstämme in Nord-Westaustralien; WORMS E., Religiöse Vorstellungen und Kultur einiger Nord-Westaustralien-Stämme in fünfzig Legenden.

Novissime prodiit

Vol. XI ANNALI LATERANENSI

Monneret de Villard: *La Madonna di S. Maria Maggiore e l'illustrazione dei miracoli di Maria in Abissinia.* — Minh: *La conception confucienne de l'homme.* — Schroder: *Zur Eschatologie der Togo-Neger.* — Lefevre: *Riflessi etiopici nella cultura europea del Medioevo e del Rinascimento.* — Indici vari.

Un vol. in-8° di pp. 356 con 11 illustrazioni. In Italia L. 950 — Estero $ 2,50

ALIA EIUSDEM COLLECTIONIS VOLUMINA:

I (1937), II (1938), III (1939), IV (1940), V (1941), VI (1942), VII (1943), VIII (1944), IX (1945), X (1946).

Ciascun volume Lit. 950 — Estero $ 2,50

Veneunt apud (*Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano*)